DIALECTICAE INTRODUCTIO, QUAM VULGO SUMMULAS, SEU PARUA...

Pedro : de Oña

Digitized by Google

M,

Digitized by Google

14.2.K.12 27

DIALECTICÆ INTRODVCTIO, QVAM VVLGO

Summulas, ſeu Parua Logicalia, vocant, cum Argumentis.

Patribus S. R. S. MARIÆ DE MERCEDE Redemptionis Captiuorum, regularis obſeruantiæ Artium Moderatoribus, & Regentibus dicata.

Authore P. Fr. Petro de Oña Burgenſi, Sacræ Theologiæ Magiſtro, & profeſſore, eiuſdem familiæ, filius & alumnus Prouintiæ Caſtellæ.

Terminorum, Propoſitionis, Æquipolentiæ, Oppoſitionis & Conuerſionis, Modalium & Exponibilium, Syllogiſmi in communi & particulari, partes & libri ſunt: qui breui in hoc opere explicantur.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cum Priuilegio.

BVRGIS,

Apud Alphonſum Rodriguez.

1593.

Summa Priuilegij Regalis.

REgali priuilegio cautum eſt, ne quis intra decẽnium, librum introductio ad Dialecticam, Fr. Petri de Oña S. Theologiæ Præſentati, Prouinciæ Caſtellæ appellatum typis mandet aut mãdare præſumat, ſine licentia prædicti patris, vel eius vicem gerentis, ſub pœna prælorum ac librorũ amiſsionis, certæq; & magnæ pecuniæ, vt latè magis, in eodem regali Priuilegio continetur. Dato apud S. Laurentium, ſexta die menſis Auguſti. Anno Domini. 1588.

Approbatio, huius operis, Senatus Regij iuſſu data, à Patribus Societatis IESV.

SVmmæ Summularum libri, ac in vniuerſam Ariſtotelis Logicam expoſitio, Autore F. Petro de Oña, in Sacra Theologia Præſentato, Ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum: non ſolum contra fidei dogma omnis erroris eſt expers, bonorumq; morum integritati innocua, ac diſſona à veritate vacat doctrina: ſed potius quam plura, magna ſolicitudine & induſtria, diligentiaq; accuratiſsimè elaborata continet, quæ ingenuarum Artium, viris ſtudioſis plurimum vtilitatis afferet. Quamobrem ſanè opus eſt, vt in lucem prodeat, perq; eorum ora vagetur. In Collegio noſtræ Societatis Ieſu, decimoquinto Kalendas Auguſti, Anno Domini. 1588.

Ludouicus Ferrer.

NOS Fr. Franciſcus Çumel, in Sacra Theologia Magiſter, in Salmanticenſi Academia publicus profeſſor, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, humilis Ma-Magiſter Generalis, & ſeruus totius Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum, &c. Tibi dilecto in Chriſto filio Fratri Petro de Oña, Theologo Magiſtro ac profeſſori, ſalutem in Domino. Poſtquam Summularum Compendium, à te non parua vigilantia, ſtudio & lucubratione elaboratum, prælo mandari obnixè petijſti; hoc prælmatura conſideratione perpendentes: non tantum ſupplicantis voto aſſenſum grato & beneuolo animo præſtamus: ſed etiã præſentium tenore noſtri officij authoritate vtentes, tibi in ſalutare obedientiæ meritum præcipimus, illud typis mandes, tãquam opus tyronibus perutiliſſimũ. Suadẽtes inſuper ſeu præcipiẽtes noſtri ordinis Artium Regentibus, vt diſcipulos curent erudire, prædicto Compẽdio: alijſque eiuſdem Authoris Logicæ & Philoſophiæ Commentarijs, vtantur. Datis & actis in noſtro Salmanticẽſi Veræcrucis Collegio, die decimaquinta menſis Nouembris, anno Domini, milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio.

F. Franciſcus Çumel. M. Generalis.

De mandato Reuerendiſsimi Patris noſtri Generalis.

Fr. Hieronymus Gomez
Magiſter & ſecretarius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PATRIBVS S. R. S. Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorum, Regularis Obſeruantiæ, Artium moderatoribus, & Regentibus, F. Petrus de Oña, Sacræ Theologiæ Magiſter & Profeſſor, eiuſdem familiæ & indignus filius. S. F. P.

* *
*

OFFERO vobis munus (Religioſiſsimi & literatiſsimi Patres) ſi aut ex ſua, aut ex veſtra dignitate ſpectetur, perexiguum, ſi ex viribus meis, mediocre, ſi ex animo, magnũ: Introductio quędam eſt, ad Ariſt. Dialecticam, retrò iam actis tẽporibus, ad diſcipulos copulata, & in breuiſsimam iſtam ſummam congeſta, quam vt edi ac diuulgari paterer, amici quidam multo mei, hac quidem in parte, quam par eſt, & quam ego ipſe vellem ſtudioſiores, impulerunt. Quod ex eo facile auſpicabitis, quod cum prior in intentione eſſet, vltimo tandem loco executionem accepit: Sicque primam manum admoui illa noſtræ ſanctæ regulæ, vocæ excitatus, ne ſi minima neglexerimus paulatim à maximis decidamus: Maximam verò inter omnes diſciplinas Theologiam voco, quæ tãtum inter alias (vt quidã dixit) effert caput, quan

tum

tum, lenta ſolent inter Viuurna Cupreſi, de qua (quod Homerus de Tyreſia, Cato de Scipione) prædicari poteſt, eam videlicet ſapere ſolam, reliquas vero velut vmbras perinane volitantes vagari. Quod ſi quis eam quæ ex leuioribus ſtudijs percipitur amenitatem requirit, nec eam quidē inferatiſsimis Theologiæ campis, fruſtra deſiderauerit; Nam ſiue poeticis modulationibus aures demulcere meditamur, quis vnquā ita in hoc genere excelluit, vt cum Dauide cōparatus non ſordeat? Niſi forte Orpheū, Homerum, Pindarum, de leuiſsimis plerūque nugis, verba fundentes, audire præſtet, quam illum Deo acceptiſsimum Regem, nunc Dei laudes, plena hylaritatis oratione referentem, nunc eiuſdem auxilium, in ſummis ſuis difficultatibus implorantē, nunc carpentem improbos, nunc cōmendantem probos, nunc ea quæ multis poſtea ſeculis cōtigerunt, ita ſubijciētem oculis, vt nullus ea melius Appelles in tabula depingere potuiſſet. Siue hiſtoriæ cognitione ducimur, vnde veriores, vnde ſcitu digniores hiſtorias quam ex ſacris literis repetere poterimus? An verò ſuauius eſt, cognoſcere q̄d Creſo in Medos, quid Pyrro in Romanos expeditionē parāti, obliquè Apollo, quam quid Moſi ad Pharaonē, quid Samueli in Paleſtinos pergenti, apertè ac perſpicuè Deus ipſe reſponderit? O ter & quater beatos

Patres,quorum ita eſt affectus animus,vt nuſquã ſuauiùs, quàm in his ſtudijs conquieſcat. O vitæ Theologia dux, ò virtutum omnium parẽs,vitiorum expultrix, animorũ recreatrix, quid ſine te nõ modo quælibet Religio,ſed omniũ vita hominũ eſſe potuiſſet? Ad hãc ergo lucidã caliginem (vt Dionyſij vtar verbis)accedẽtibus Philoſophia iter præſtat,Dialectica in plateis clamitat,errãtes reuocat. Introductio verò iſta, paruulorũ, quaſi aures oraque aperit,quã vt Pauper ille Alexãdro, proprijs laboris manibus defero,veſtris auditoribus fratribusque meis cõſecro, nè dum Ariſtotelicæ veritatis cibo nutriũtur, potus lactiſque elemẽtis primis,priuẽtur. Vt ſicut toto terrarum orbe,longè lateque diffuſa,noſtra præcellẽs religio, morũ vniformitate, regulariſque vitæ armonia & concentu,charitatis votorum cõpagine,magis ac magis indies altiſsimo famulatur: ita doctrinæ ſanctæ, verique luminis idem ſit ſplendor, eadẽque educãtium & legentium lingua,qua ſpirituale hoc ædificiũ, ſemper augeatur & creſcat. Non iacent literæ in noſtra religione patres, cum per quadraginta & eò amplius domos, conuentus & collegia(vt Galliam,Italiam & nouum Indorum orbem, interim omittam) Hiſpaniarum Regni, tum publicè,tum priuatè, Artium & Theologiæ ſanctæ recõdita arcana, ab ſpectatiſsimis lectori-

bus &

bus & Magiſtris clariſsimè referētur: non iacēt literæ neq; iacuerūt vnquā: & ſi ante iacuiſſent, Reuerendiſsimo P. F. Frāciſco Çumel, Magiſtro Generali meritiſsimo, nō iacebunt, cuius ſpectata integritas, cū ſumma comitate, ac facilitate copulata, probati mores, vitæ ſanctimonia, ſingulare iudiciū, ingeniū excellens (in quo tanquā in pingui & feraci ſolo, oēs artes, ita facilè cōprehendūtur, vt eas non ab aliis accipere, ſed ex ipſo parere & proferre videatur) admirabilis prudētia, ſumma in gubernādo ſolertia, tanta omnium cum admiratione celebrātur, vt eadem de eo, aut etiam maior inter nationes vagetur opinio, quæ olim inter Grꝍcos de Homerico Neſtore, aut inter Atheniēſes de Solone Salamino vagata ſit: Hūc filij Parentem, pauperes Hoſpitem, oues paſtorem, ignari Doctorem, omni ex parte appellant & vocitant. Doctorem, inquam, qui vt prudēs Paterfamiliàs de Theſauro ſanæ & Orthodoxæ doctrinæ tot candidiſsimis S. Thomæ Commētarijs verum lumen omnibus diffudit, vobis ò Patres relinquens exēplum, vt ſequamini veſtigia eius; quibus indefeſsè inhærendo, veritatis & honoris faſtigium perfacile aſſequi poteritis. Valete, meque in veſtri ſingulorum obſequium, perpetuò adſcribite.

Fr. Petrus

F. Petrus de Oña S. Theologiæ Magiſter, ac Profeſſor, veneuolo Lectori, S. D.

Rati animi, & amititiæ internæ (candide Lector) ſpeciale ſignum, ſemper illud apud omnes habitum fuit, cordis ſcilicet ſecretiora arcana, abſconſa quæ intentionis præcordia, amico palàm facere & oſtendere, quod & ipſe elapſis retro diebus, dum ad Ariſtotelis Dialecticã, Philoſophiamq́; Commentaria, publicè vtilitati conſecraui, feceram: & nunc tandem (quod magis eſt) parua iſta Logicalia ad ipſorum complementum, offerens, facio, magis quidem, quatenus humilia non erubeſcere, nec illa paruipendere magni animi eſt. In ijs tamen breui colligendis, curam omnẽ, ſolicitudinemq́; meam (ſi quæ eſt) adhibui, ne nimis longe protraheretur oratio, aut pro Tyronum captu, breuior perſtricta maneret: ſed quæ neceſſaria valdeq́; vtilia, pro introducendis paruulis, ex antiquis recentioribusq́; in Sumulam hãc ſelegi, & ordinaui, nil dubij aut falſi permiſcens, multa tamen omittens vera, vel quia non ſunt huius loci, vel quia alibi ex profeſſo ſunt diſcutienda, magis enim conſulendum eſt, incipientium vtilitati, quam exactæ tractationi, Singulis tamen capitibus, notabilibus & regulis, argumentiuncula quadam præfixi & ſubiunxi, vt nouitij, quaſi quibuſdam doctrinæ gladiunculis in diſputationum paleſtram prodire incipiant, ingeniumq́; ſenſim exercitatione acuant, & perpolitum ad altiora reperiant. Sophyſmatum ergo inutilium coacerbatio valeat, valeant etiam nominalium figmenta & hæc quæ veriora ſolidioraque iudicaui, equo vt ſoles animo accipe: meq́; dum in libros de Celo, generatione & corruptione, deq́; animantiam vita & anima præparo, parcè & ſuſtine. Vale.

PARS PRIMA SVMMAE SVMMVLARVM DE TERMINIS, CVM ARGVMENTIS.

AVTHORE F. PETRO DE Oña Burgenſi, in ſacra Theologia Doctore, Prouintiæ Caſtellæ, Ordinis ſanctæ Mariæ de Mercede de obſeruantia, Redemptionis captiuorum.

PRÆFATIO.

De inſcriptione operis, eiuſq; inuentoribus.

INTENTVM eſt, nouitios introducere ad Ariſtotelis doctrinã, vt primum præceptorẽ, primamq; regulã, quia tamen in Dialectica difficilis eſt, præmittendus eſt tractatus Porphyrij: ad huc tamẽ ad vtriuſq; faciliorẽ intelligentiam recentiores cõpoſuere tractatum quendam quem Summulas vocant, quarum author primus fuit Petrus Hiſpanus. loco tamẽ Summularum ampliſſima ædidere cõmentaria, quæ conamur in breue compendium redigere, ne verborum amplitudine, & rerũ inutilium multiplicatione res ipſa faſtidioſa reddatur: non tamen rem ipſam ita conſtringẽtes, vt prænimia breuitate inintelligibilis reddatur.

Quis primo & ad quid Smmulas compoſuit.

Secundò ſciendum hunc tractatum commode poſſe vocari Summulas, quia omnia quæ hic breui dicuntur, latius ſunt poſtea examinanda, & ita eſt velut ſumma quædam dicendorum, & quia ſolum ea (Deo dãte) dicemus, quæ neceſſaria videbuntur ad faciliorem intelligentiam Ariſtotelis.

Explicatur titul' libri.

Tertiò ſciẽdum (ne per ignota procedam) quid ſit Dialectica? quorſum inuẽta: & alia huiuſmodi, & quidem quantũ ad nominis æthimologiam dicitur à verbo Græco dyalegome quod Latinę ſonat diſſero, ſeu diſputo, ideſt, ex notis ad ignotã procedo: & ita hæc ars

De Ethymologia Dialecticę.

Dialectica dicitur, quia, inquã, docet ex notis ad ignota procedere.

De numero artiũ, & ad quid ſint inuentę.

Quartò. Aduertendũ omnes artes inuentas eſſe ad perficiẽdas operationes humanas, eæ autem in triplici differentia verſantur, quædam tranſeũt in externam materiam, & earum effectus permanent, vt cõſtruere domos, ad quas perficiẽdas inuentę ſunt artes mechanicę: alię vero operationes ſunt, quę licet tranſeant in exteriorẽ materiam non tamen permanent earum affectus, vt loqui, pulſare Lyram, & ad has eſt Grammatica, Muſica, tandem aliæ ſunt interiores vt pote intelligere, ad quam perficiendam eſt Dialectica cui⁹ finis eſt intelligere, finis enim eſt, ad quẽ artis præcepta diriguntur: ipſe verò aliò non refertur in eadẽ arte: vbi corrigendi ſunt, qui dicunt operationes ſecũdi generis nõ tranſire in externam materiam, niſi velint (vt dicebam) earum effectus nõ permanere.

P. Tolet. tenet hãc ſententiã, hic, melius loquitur in primo Logicæ.

Operatio intellectus triplex.

Tandem nota triplicem eſſe intellectus operationẽ, prima dicitur ſimplicium apprehenſio, cum ſcilicet ſolum res ſimplices, puta hominem animal, ſic apprehendit: ſecunda eſt cõpoſitio, ſeu diuiſio, ideſt, cum ex ſimplicibus apprehenſis componitur, ſeu diuiditur ſic. homo eſt animal, vel homo non eſt lapis. Tertia eſt ratiocinatio, ſeu diſcurſus cum ex compoſitis, ſeu diuiſis aliquid aliud colligitur, vt homo eſt animal: ergo eſt ſenſibilis.

Corollarium ex dictis.

Ex dictis infero officiũ Dialecticæ eſſe ea præſtare, quibus perfectam cognitionem cõparemus: artis namq; officium eſt præſtare ea quibus eius finem aſſequamur, qui (vt diximus in Dialectica) eſt perfecte intelligere: perfecta autem intellectio triplicem dictam operationem inuoluit triplex ergo inſtrumẽtum confert Dialectica diuiſionem, ſcilicet, diffinitionem & argumentationem. Diuiſionis autor fuit Plato (ita nouus Metaphyſicus lib. 1. Dialecticę ca. 5.) Diffinitionis vero Socrates, vt teſtatur Ariſtoteles ipſe 3. Metaph. cap. 4. & eius tempore creuiſſe artem deffiniendi. 1. de partibus animaliũ cap. 1. Argumentationis vero, & ſyllogiſmi inuentor fuit Ariſtoteles, vt ipſe ponit 2. Elenchorũ. cap. vlt. de quo ita exactè egit, vt nemo ei quicquam addiderit. Vtrùm autem Dialectica ſit prima ſcientiarum, & quomodo non eſt huius tractatus, dicam in Logica.

Inuentores Dialecticę, Plato. Socr. & Ariſt. Ita ſonſ. nou⁹ Metaph. lib. 1. Dia. c. 5.

De hoc Lemoſ. libr. 1. de Parad. Dialect. c. 11. & 1. libr c. 19. & 18.

Vera crux & Tolet. incipiũt à modo ſciendi.

Ante tamen quàm hinc diſcedamus videndum eſt, an exordiendum ſit in dialectica à termino, qui primæ intellectus operationi correſpondet, vel à cõpoſitione, & diuiſione, quæ ſecũdæ, & tertiæ. & ſunt modi

ſciendi?

Quod ex ordiẽdũ ſit à termino probat.

ſciendi? Dicendum breuiter, omiſſis aliorum placitis, quòd exordium debet eſſe à termino tanquam à fundamento totius Dialecticæ.

Secundò quoniam ex Ariſtotele. 1. Phyſicorũ. 1. ſcire eſt rem per cauſas principia, aut elementa cognoſcere, idem. 1. poſteriorum 2. conſtat autem terminum eſſe elementum primum Dialecticæ, in quod vltimo reſoluitur (vt ipſe docet. 1. priorũ 1. de quo ſtatim magis) ergo à termino incipiendũ eſt. Quibus adde, incipiendũ eſſe à facilioribꝰ, ſimpliciora autẽ faciliora, magiſq; cognoſcibilia ſunt; & hanc rationem inter alias Dialecticæ partes, habent termini: ab illis ergo exordiũ habemus ſumere.

Replica.

Sed contra dicet aliquis ex Ariſtotele. 2. Metaphy. abſurdum eſt ſimul quærere ſcientiam, & modum ſciendi: ergo abſurdum erit ſcientiam ipſam tradere ante modum ſciendi, & conſequenter incipere à ſciẽtia termini.

Argumẽtatio tria includit, vbi docet nouicios diſputare.

Pro ſolutione aduertere hic viſum fuit propter nouicios Dialecticos, quòd argumẽtatio tria includit. antecedẽs, ſcilicet, conſequens, & notam illationis. antecedẽs voco, ex quo aliud colligitur, vt homo eſt animal: cõſequẽs verò, quod ex alio colligitur, vt ergo eſt ſenſibilis: nota illationis coniũctio oſtendens vnum ex alio ſequi ergo, ſi, igitur, aliquando autem ex parte antecedentis, duæ ſunt propoſitiones, prima vocatur maior, ſecunda verò minor, vt cũ ſic infero. Omnis homo eſt animal, ſortes eſt homo: ergo Sortes eſt animal. Quando ergo veritas eſt in antecedenti, ipſum debes concedere, & è cõtra negare, ſi ſit falſitas, & ſi in conſequenti, nego vel concedo cõſequentiam dices: ſin autem partim veritatis, partim falſitatis, diſtinguo conſequens, non cõſequentiam dicimus, de quo infra magis cum de conſequentia agamus.

Soluit argumentũ contrarium.

Iam ad argumentum reſpondetur concedendo primam cõſequentiã, & negando ſecundam, ſcilicet, abſurdius eſſe incipere à ratione termini; quia termini nõ datur perfecta ſciẽcia, de qua loquitur Ariſtoteles: præter quàm quòd eſt impoſſibile exordium aliquod ſumere, quod non præſupponat aliquod mutuatum ex alia materia. cũ verò terminus ſit pars, rectè proceditur à parte ad totum. De ſyllabis autem agere Grammatici eſt: de ſono verò earum Phyſici.

Modus procedẽdi in ſummulis, vbi omnes partes diſponuntur.

Modus procedẽdi in Sũmulis erit facilis, nil dicemus falſum, multa omittemꝰ vera, vel quia ſunt alterius loci, vel quia alibi meliꝰ intelligẽtur: magis enim conſulendum eſt incipientium

vtilitati, quàm exactæ tractationi. Iſtam verò Summularũ tractationẽ, animus eſt in quatuor diuidere partes, in prima quid termin⁹ in cõmuni, eiuſq́; multiplicẽ diuiſionẽ, de his quę ex ipſo cõponuntur, præcipuè de ipſa propoſitione, de hiſq́;, quæ terminis in ipſa exiſtentibus accidunt, agemus: in tertia de propoſitionis ęquipollẽcia, oppoſitione, & conuerſione, tàm ſimplicis, quàm compoſitæ, dicam: vbi obiter propoſitiones, quas vulgo exponibiles, quæ ſenſu ſunt compoſitæ, exponam: tandemq́; in quarta de ſyllogiſmo (præcipuo Dialecticæ inſtrumento) plura reſoluam, illius partes multiplices, tàm perfectas, quàm imperfectas, tàm demõſtratiuas, quas ſophiſticas.

CAPVT I.

De termino in communi.

TOT Sunt datę de termino definitiones, quot ſunt authores de illo loquẽtes, in tantum, vt terminus potius ſine termino dici poſſet. cui anſam dedit tractationis paruitas, & materiæ humilitas non omnino ſpernenda. Quia tamen paruus error in principio, in fine maximè (vt docet Philoſophus) dilatatur, liceat mihi hac in re paululũ immorari, dũmodo veritas radicitus intelligatur.

Boetius ſic deſcribit, terminos voco nomina, & verba, in qua finitione (vt intuẽti patet) ſolùm materia termini explicatur, non ratio formalis illius, & hoc quidẽ idem primò vocalis, quàm termini in communi. *Boetius materialiter ſolũ terminũ deſcripſit.*

Alij verò terminum vocant vocem ſignificatiuam ad placitum, ex qua ſimplex conficitur propoſitio, hancq́; finitionẽ, illiuſq́; multiplicẽ defectum ferè innumeri vſq; adhuc amplexati ſunt, defficit autem primò, quia ſolùm per eam explicatur terminus, nõ in cõmuni, ſed tantùm vocalis: cui facilè ſuo videri ſatiſfaciũt pro illo quidã, quòd facilè poteſt adaptari termino in cõmuni, ſed quidem ſine cauſa, & ratione dicitur, nunquã enim tale eſt auditum, quòd ratio particularis, verbi cauſa, hominis, vt ſic, poſſit conuenire rationi communi animalis vt ſic, nõ enim ratio cõmunis per particularẽ, ſed ẽ contra explicatur. *Magiſtr. Soto hic* *Impugnatur deffinitio Soti, de termino 1.*

Adde, quòd ſi facilè poteſt adaptari, cur ipſe primò non adaptauit, faciliuſ enim ẽ cõtra communia particularibus adaptantur. 2.

Secundò, quia licet terminus ordinẽ dicat ad propoſitionis compoſitionem: non eſt actualis, vt inſinuatur per vocẽ cõficitur, 3.

tur, ſed ſolùm aptitudine, quã infra explicabimus.

Vltimo. Et ſi dicas verba definitionũ ſolùm importare aptitudinẽ, cum hoc tamen aptitudo ſic debet explicari vt actus penitus ſileatur, & quidem propter conſumatos in Dialectica, qui fortè hæc legent, vnico verbo dicã, quòd terminus vt ſic formaliter dicit ens reale, ſicuti, & propoſitio in communi, ideſt, ratio ipſa propoſitionis, non ergo ſignificatio ad placitum, quæ eſt ens rationis, poteſt eſſe communis illi, & multo minus adaptari. Antecedẽs hic ſuppono alibi probãdum ex profeſſo (1. libr. Periher. in Logica, quæſtione de modo ſciendi articulo 2.) & ſi hoc rectè attendatur, facilè quis colliget, etiã ſi primis labiis tantùm Dialecticã Ariſtotelis attigerit, rationem termini non eſſe vniuocã, ſed tantũ analogã termino mẽtali, vocali, & ſcripto, ſed de hoc latiùs infra.

Termin⁹ in cõmuni dicit ens reale.

1. lib. Periher. in Logica quæſt. de modo ſciendi. art. 1.

Villalpã. 1. Sũmul. aliter definit terminum.

Tertius modus definiẽdi eſt (aliorũ principio Summularũ, quẽ (deſumunt ex Ariſtotele. 1. priorũ dicente terminũ voco, in quẽ reſoluitur propoſitio, vt in ſubiectũ, & prædicatũ, &c. in qua profectò deſcriptione Ariſtoteles nõ explicat naturã termini in ſe, ſed tãtum in ordine ad Syllogiſmi priimã reſolutionẽ, de qua ibi agit, vt nos ſuo loco dicemus, quod patet ex eo, quòd reſolutio ſupponit compoſitionẽ reſolubilis: præcedit ergo terminus reſolutionẽ propoſitionis, imò ipſius compoſitionẽ, quare ſolùm extrinſecè, & ſecũdariò in ordine ad hęc definitur.

Reiicitur definiti. Villalpã.

Nouiſſimè tandẽ alij aliam viã inuenere, & quidẽ non multum à veritate diſcedentem, dũ ſic definiũt. Termin⁹ eſt ſimplicis propoſitionis conſtitutiuũ. ſed adhuc deficit, quia terminus ſecundũ ſe cõſideratus, dato quòd dicat ordinẽ intrinſecè ad propoſitionẽ in cõmuni, nõ tamẽ ad ſimplicẽ, vel cõpoſitam, prius enim natura ſua, eſt propoſitio, quàm ſimplex, vel cõpoſita, Cathegorica, vel Hypothetica, cum (vt infra dicam) ſit genus ad illas.

Tolet. hic.

Nõ omnino placet iſta definitio termini.

Iã ergo exiſtimo ſic definiendum. Terminus in cõmuni eſt ſignũ ponibile in propoſitione, vt conſtitutiuũ illius, vt notitia hominis eſt termin⁹, quia ſignũ ponibile in propoſitione mẽtali, & conſtitutiuũ illi⁹, & vox homo eſt terminus, quia ſignũ ponibile in propoſitione vocali, & conſtitutiuũ illius, & eadẽ vox ſcripta termin⁹ eſt, quia eſt ſignũ ponibile in propoſitione ſcripta, & conſtitutiuum illius. vnde patet, quòd ſic cõmunis ratio termini explicatã cũ omni termino cõueniat. & hæc eſt prima ratio, & explicatio.

Propria ſententia termini finitione Hinc incipiant Tyrones

Et probatur ſecũdò ex impugnatione facta cęterarũ difini-

tionũ. Et tandẽ, tertio, quia cõſtat genere & differentia, ſicut omnis bona definitio, ſignum enim genus eſt cõmune ſignis naturalibus, & ad placitũ, quæ ſpecie differũt: ponibile in propoſitione facit differre terminũ ab omnib⁹ aliis ſignis ergo eſt bona difinitio data. Quod vt magis intelligas aduerte quid, & quotuplex ſit ſignũ. Signum ex Auguſt. & veritate, dicitur. quod præter ſpeciẽ, quã ingerit ſenſibus, facit aliquid aliud in cognitionẽ venire: vt ædera ante tabernã ſignũ eſt, quia dicit præter ſe vinum vendibile, & tuba in bello, quia præter ſe dicit pręparandũ eſſe ad pugnã, &c. Habet ergo ſignum, aliquid aliud à ſe repręſentare, id eſt quodãmodo pręſẽs facere.

Quid ſit ſignum.

Duplex eſt autẽ ſignum, naturale aliud, ſcilicet, quod ſola natura duce ducit nos in alterius cognitionẽ, vt veſtigiũ pulueri impreſſum, repręſentat animal trãſiſſe: & infirmi gemit⁹, dolorẽ pati oſtẽdit. Aliud verò eſt ad placitũ, quod ſcilicet, ſola hominum libera impoſitione aliud à ſe repręſentat quod etiã ſolet à quibuſdã ſecari in doctrinale & artificiale: doctrinale vocãt, quod artib⁹ ſeruit, ad ipſaſq; ordinatur, vt vox homo, &c. artificiale verò appellãt, quod ad externa dirigitur, vt pulſatio cymbali, &c. Iã ergo ſignum in data definitione vtramq; ſignificationem cõprehendit, tã naturalem, quã doctrinalẽ. artificiali relicta quod dixerim propter terminũ mentalem, qui (vt infra clariùs patebit capite ſequenti) eſt ſignũ naturale naturaliter repręſentãs ſuum ſignificatum, ſed per particulã in propoſitione cõdiſtinguitur ab aliis ſignis naturalib⁹, quę nõ valent intrare propoſitionẽ. Quid autẽ propoſitio ſit, ſuo loco.

Quod ſignũ eſt duplex naturale & ad placitum.

Ex quib⁹ infertur primò, quid ſit ſignificare, nã licet vſurpent aliqui pro exprimere ſignificare, in rigore verò ſignum, & ſignificare, ſolùm diſtinguntur, vt actio & agens: vnde ſignificare idẽ eſt, quod potentię cognoſcitiuę aliquid aliud à ſe repręſentare: & ita requiritur duplex notitia & cognitio: altera ſigni, & inſtrumenti: altera verò ſignificati & repræſentati: vt enim vox homo hominẽ ſignificet, & in ſe debet cognoſci, defectu cuius, ſurdo verbi cauſa, & ignaro linguę Latinæ nihil repręſentat, & pręter hoc requiritur cognitio ipſius hominis, qui eſt ſignificatum.

Capite ſequenti.

Corrol. ex dictis. Canariẽ. 1. p. q. 27. art. 1. diſput. 1.

Infertur ſecundo voces expertes ſignificatus, vt Blyctiri, Scyndapſus, non eſſe terminos, quia non ſunt ſigna, nec aliquid ſignificãt, & multo min⁹ ſe ipſas; quia nihil eſt ſignum ſui ipſius (ex dictis) ſed ſolùm materialiter intrãt propoſitionem; cum ſic enuntio blyctiri eſt vox, quę facit ſenſum idẽticum ferè ſic, hęc

Coroll. 2. voces nõ ſignificatiuæ non ſunt termini.

Villalpã hic.

hæc vox blyctiri eſt vox, quod dico contra Neotericos, qui ſine cauſa cõtrarium tenẽt, ſicut non ſequitur: Ximia habet aliquas proprietates hominis, ergo eſt homo.

Corroll. verbũ eſt ratione ſui eſt terminus.

Tertiò infertur, verbum eſt (idem dico de aliis) nõ ſolùm ratione participij incluſi eſſe terminum, ſed etiã ea ratione, qua connectit prædicatum cũ ſubiecto: quia vt ſic cum ſignificet dictũ nexum prędicati cũ ſubiecto, nõ ſolùm eſt ponibile in propoſitione, ſed etiã ponibilia coniungit. Vnde ſi vna ſimplex propoſitio contingat aliã componere, nõ eſt per ſe, ſed per accidens: propriũ enim termini eſt, primò poni in propoſitione, eamq; componere.

Caput II. *De termino mentali, vocali, & ſcripto.*

Termin⁹ in cõmuni. 1. diuiſione triplex eſt.

PRiùs de termino in ſe conſiderare oportet, quàm de eodẽ cum aliis comparato, prima ergo diuiſione (licet analogicè) partitur termin⁹ in mẽtalem, vocalem & ſcriptũ: quorũ deſcriptio facilè elicitur ex dictis: eſt ergo terminus mentalis ſignum naturale ponibile in propoſitione mentali, & conſtitutiuum illius, vt notitia & conceptus hominis, eſt terminus mentalis, quia ponibilis in propoſitione. Vocalis verò eſt ſignum ad placitum ponibile in propoſitione vocali, vt vox homo, leo, &c. ſcriptus tãdem, ad placitum ſignũ eſt ponibile in propoſitione ſcripta, vt vox homo, in hac propoſitione homo eſt riſibilis.

Termin⁹ mentalis duplex.

Rurſus terminus mẽtalis, ſeu notitia duplex eſt, alia intuitiua, ideſt cognitio rei pręſentis, quę quantum eſt ex ſe pendet, & cauſatur ex præſentia obiecti, vt cognitio qua iſtas dictiones nunc cognoſco, vel muſicæ quãdiu cauſatur. Alius eſt terminus mẽtalis ſeu cognitio abſtractiua, ideſt rei abſentis, quę nõ pendet ex pręſentia obiecti, ſed cauſatur ex ſpeciebus in memoria relictis, qualis eſt notitia parentis mei defuncti: idem ergo eſt terminus mentalis, quod cognitio, ſeu notitia intellectus, quę alio nomine ſolet uocari conceptus: differunt autem inter ſe primò ex parte cauſæ, quia intuitiua ex obiecto præſenti, abſtractiua verò ex abſenti cauſatur modo dicto. Secundò ex parte effectus, quos ipſæ cauſant, intuitiua enim clarior eſt, quia obiectũ repręſentat cũ omnibus accidentibus, de quib⁹ illa media, poſſumus iudicare: abſtractiua verò multò obſcurior eſt.

Vocis intuitiuæ, & abſtractiuę differentia multiplex.

Obiectio

Sed dices, aſtrologus cæcus iudicat eclypſim futuram ſola notitia abſtractiua cũ omnib⁹ ſuis accidẽtibus & circunſtantiis; vt pote tali tempore, taliq; parte Zodiaci, & in tali hemiſpherio: ergo hęc ſecũda differẽtia nulla eſt. Reſpondetur

negado antecedés,ná illud iudicium notitia intuitiua, facit ſciẽtia aſtrologię,qua intuetur illá cõcluſionẽ in ſuis principiis.

Tertiò differũt ex parte ordinis, intuitiua enim prior eſt, quia ea media abſtractiua cauſatur. Vltimò diſtingũtur ratione ſubiecti, quia omnis potentia tá interior,quã exterior,poteſt eſſe ſubiectũ intuitiuæ,abſtractiua verò ſolùm ſubiectatur in intellectu, cui deſeruit memoria intellectiua,& in ſenſu interiori,ideſt in eſtimatiua, cui ancillatur memoria ſenſitiua,de quibus latiùs ſuo loco.

Secunda diuiſio termini mẽtalis.

Pręꝗtereà vterq; terminus mẽtalis,& vtraq; notitia,vel cõceptus,adhuc duplex eſt,alius nõ vltimatus,qui,inquã,ad alium ordinatur, vt eſt conceptus vocis,quæ ad rem dirigitur: alius verò vltimatus,qui aliò non refertur,qualis eſt conceptus rei ſignificatæ per vocem. Notanter dixi conceptũ non vltimũ eſſe vocis ſignificantis rem,nã conceptus vocũ non ſignificatiuarum potiùs eſt vltimus,ſed non in rigore,& verè,quia vltimum priorem ſupponit, qualẽ nõ inuenies in dictis vocib⁹, & ſecundũ hanc rationẽ conceptus iſtorum vocũ non erit terminus,etiã mentalis, cũ nõ cadat ſub aliquã eius diuiſionẽ propriè,& formaliter,ſed tantũ impropriè, & materialiter.

Tertia diuiſio termini mẽtalis.

Tandem vterq; iſte terminus mẽtalis,& notitia, vel cõcept⁹, vltima ſui partitione duplex eſt, alius directus (voco directum,qui eſt de re obiecta, vel de voce,vt cõceptus vocis homo,&c) reflexus verò eſt cõceptus alterius conceptus eiuſdẽ concipiẽtis,vt verbi cauſa, conceptus qui habetur,cũ cõcipio me aliquid cõcepiſſe, poſtquã enim intellectus aliquid intelligit, & deinde ſupra ſe ipſum quodãmodo aſcendit,& quaſi reflectẽs intelligit ſe intellexiſſe,talis conceptus reflexus nuncupatur:dixi eiuſdẽ concipientis,nã quando amicus amici intentionem percipit:& vnus angelus alterius angeli placitum, tunc ſolũ eſt directus tantùm, licet ſit conceptus alterius conceptus,debet ergo eſſe eiuſdẽ concipientis.

Quomodo producatur cõceptus.

Sed dubitabis primo,quomodo conceptus,ſeu notitia producatur?placet groſſo calamo pauca de illo dicere. Auguſ.ait ex cognoſcẽte,& cognito paritur notitia, vel aliis verbis, ab obiecto,& potentia, producitur noticia,ideſt,quãdo aliquid cognoſcibile potenţię obiicitur, vt quãdo color, verbi cauſa, viſui obiicitur,quędã res producuntur,quæ ſpecies viſibiles nuncupãtur, ab eo vſq; ad viſum: quibus informatus viſus prorrũpit in actũ viſionis,& in rei notitiã, quod idẽ eſt: cuius quidẽ totũ ſuum eſſe eſt, repręſentare obiectũ. quod euidẽter apparet in ſpectaculo:ibi enim ſpe-

ſpecies protenſa, à me vſq; ad ſpeculũ reflectitur in oculũ, illud autẽ, quod producitur per actũ cognitionis, dicitur notitia, qua formaliter de obiecto iudicam⁹, ad eundẽ per omnia modum contingit in intellectu ſpeciebus intelligibilib⁹ informato, & in aliis potẽtiis interioribus, & de hoc ſatis hic, humilitas enim tractatus pręſentis altiora non permiſit, ſuis locis ſingula diſcutiendà.

Dubium ſecundũ ſi omnis notitia ſit terminus mẽtalis.

Dubitabis ſecundo. Vtrũ omnis notitia ſit terminus mẽtalis quidã affirmãt & probãt, quia licet notitia ſenſitiua per ſe nõ conficiat propoſitionem mentalẽ, conficit tamẽ per ſui ſynonimã, nempè per notitiã, quæ eſt in intellectu: ergo, &c. ſed hoc falſum iudico, nã nulla ſenſitiua notitia poteſt in potẽtia proxima conficere propoſitionẽ mentalem: ergo nulla eſt terminus mentalis, antecedẽs probo. quia conficere propoſitionem opus eſt ſolius intellectus, vel ſaltim eſtimatiuę, quæ ſecũdũ aliquos propoſitionem ſingularem componit, ſed quidẽ non credo, quòd ſe ſola id poſſit, ſed iubamine rationis, de quo alibi. Dicendũ ergo, quòd ſola notitia intellectiua eſt terminus mentalis, qui nunquam poteſt cadere à ſua ſignificatione, cũ illa ſit illi intrinſeca & naturalis.

Soto hic, impugnatur.

Caput III. De *termino* cathegorematico, & ſyncathegorematico.

Secunda diuiſio termini in cõmuni.

RVrſus terminus in cõmuni duplex eſt, alius cathegorematicus. alius verò ſyncathegorematicus: cathegorematicus eſt, qui eſt per ſe ponibilis in propoſitione, ideſt, qui per ſe, & nõ ratione alterius, eſt prędicatiuus, vel ſubiectiu⁹, quod alij dicũt, qui per ſe eſt integrũ ſubiectũ vel prædicatũ propoſitionis, vt homo, & animal in propoſitione, homo eſt animal. Syncathegorematicus verò dicitur, qui per ſe non eſt ponibilis in propoſitione, ſed cũ alio, ideſt, qui non poteſt eſſe per ſe prædicatiuus, vel ſubiectiuus, ſed tãtum comprædicatur vel conſubiectatur vt ita loquar cum alio, tales ſunt omnes modi rei, vt libenter, & particulæ, vt quia, ſi, quãdo: dicitur enim cathegorematicus à verbo cathegoreo, quod idem eſt, quod abſolutè, ſignifico vel prędico. vnde è cõtra ſyncathegorematicus cõmuniter dicitur aliqualiter ſignificare, non aliquid.

Quid ſit aliqualiter ſignificare.

Dubiũ, tamen ſolet eſſe, quid ſit aliqualiter ſignificare, ratio dubitandi eſt, quia ſunt quędã ſyncathegoremata, vt omnis, nullus, quæ licet aliqualiter ſignificent, non tamen modũ rei explicãt. Dicendũ tamen, quòd aliqualiter ſignificare eſt facere, quòd terminus, ſiue ſubie-

ctum, ſiue prædicatum ſit, cui ſyncathegorema additur, aliterq; ab intellectu concipiatur, verbi cauſa, in hac propoſitione, homo eſt alb⁹, particula homo (vt infra videbis) ſupponit indefinitè, ideſt eius ſignificatio non applicatur determinatè cuilibet cõtento ſub illo, & ita non rectè ita colliges, Petrus eſt albus, ſin autem addatur illi ſyncathegorema, omnis, ſic, omnis homo eſt albus, vox homo ſupponit diſtributiuè, ideſt eius ſignificatio applicatur copulatiuè omnibus cõtẽtis ſub eo: vnde ex illa bene colligitur, ergo Petrus eſt albus: aliter ergo accipitur termin⁹ in propoſitione ratione ſyncathegorematis adiuncti: ſimiliter illius ratione aliter cõcipitur ab intellectu, qui intelligit res, vt ſignificatas per voces: & ita in hac propoſitione homo eſt albus applicat prædicatum ſubiecto indefinitè: at cum ſic enuntio, omnis homo eſt alb⁹, profectò prædicat diſtributiuè: eandẽ ergo rem in vtraque concipit, ſed aliter & aliter.

Impugnatur ſolutio dubij.

Dices cõtra, intellect⁹ cõcipit vocẽ omnis: ergo ſignificat aliquid, & nõ ſolùm aliqualiter: tenet cõſequẽtia, quia obiectum intellectus eſt ens, & aliquid. Reſpõdetur negãdo conſequẽtiã, & ad probationẽ diſtinguo cõſequens, nõ enim obiectum intellectus, eſt ens, & aliquid ſolũ perfectũ, ſed etiã modus entis, & rei, vel 2. reſpondetur, & forſam meliùs, obiectum intellect⁹ non eſt aliquid, & ens abſolutè, ſed vt diſtinguitur contra nihil, ſub quo bene cadunt ſyncathegoremata, quia aliquid ſunt vt diſtinguitur cõtra nihil. Ex quo infero ſyncathegoremata etiã extra propoſitionẽ aliqualiter ſignificare, licet actu nõ exerceãt ſuum officiũ ſicuti cathegorema, extra propoſitionẽ, licet actu non ſupponat (cum hoc tamẽ contingat in propoſitione, vt ſuo loco dicã) tamẽ ſignificat, quod experiẽtia conſtat: nã audita hac voce omnis à Latino, & ruſtico plus, imò quodãmodo aliquid percipit Latinus, quod nõ percipit ruſticus. Vnde quę de cathegorematib⁹ & ſyncathegorematibus à iunioribus cõmuniter feruntur, quãtum ad officiũ tantũ, & quoad ſignificationẽ tantũ, & quoad vtrumq; ſimul: valeãt, quia figmẽta ſunt.

Illatio notanda.

Soto & Villalp.

Caput IIII. *De termino communi & ſingulari.*

Cathegomaticus ſubdiuiditur.

SVb diuiſione quadã cathegorematic⁹ ſubdiuiditẽ (alio relicto) in cõmunem & ſingularem: ſingularis eſt, qui vnum tãtum ſignificat, vt Petrus, Paulus, &c. cõmunis è contra, qui plura ſignificat, vt homo: &c.

Termin⁹ ſingularis quadruplex.

Singularis autẽ quadruplex cõmuniter ponitur, alius determinatus, qui vnã rem, ſed illam determinatè importat, vt Sortes.

tes. Alius ex demõſtratione, vt pote terminus cõmunis affect⁹ ſigno particulari, vt hic homo: tertius vagus, vt quidã homo. Qui duo differũt: nã ex demõſtratione eſt ſingularis in ordine ad ſignationẽ & oſtenſionẽ, vel potiùs (vt ita dicamus) miſionẽ Hiſpanè enim (eſte hombre) miſiuè dicimus: vagus verò in ordine ad indeterminationem & ſolã nominationem: quartus deniq; dicitur ſingularis ex hypotheſi, vt filius Mariç ſemper virginis, Ieſum ſaluatorem noſtrum dicit: ſolũ enim vnus fuit virginis filius.

Termin⁹ communis ſubdiuiditur.

Tãdem terminus communis, alius tranſcendens, alius ſupra trãſcendens: tranſcendens eſt, qui de omnibus, quç ſunt in rerum natura dicitur, & termini trãſcendentes ſunt ſex, qui hac uoce: Reubau, memoria tenentur, ſi ſingulis literis ſingulos terminos ordinè contenta adſcribãtur, ſcilicet, res, ens, verũ, bonũ: aliquid, vnum, quicquid ènim in mundo exiſtit, eſt ens, ideſt habet entitatem. Et eſt verum, ideſt poteſt cognoſci ab intellectu: cum cadat ſub obiecto illi⁹, quod eſt ens. Et eſt bonũ, ideſt poteſt amari à voluntate, quia continetur ſub latitudine ſui obiecti, quod eſt bonũ in cõmuni ſeu omne bonũ, ſicuti, & intellect⁹. omnè verũ. Et eſt vnũ, ideſt exiſtit, hoc eſt, eſt indiuiſum in ſe, & integrũ, & eſt aliquid, ideſt ſubſiſtit, hoc eſt diſtinguitur à quolibet alio: primò enim res in ſe intelligitur integra: deinde à quacunque alia condiſtincta.

Supra trãſcendentes verò, ſunt termini, qui nõ ſolùm de reb⁹, quæ ſunt, ſed etiã de poſſibilibus exiſtere, imò de his, quç nũquã erunt, imaginatione tamẽ cõprehenduntur, dicuntur & prçdicantur, eaſq; ſignificãt, & tãtum ſunt duo: poſsibile ſcilicet & imaginariũ, hos tamen ſine cauſa (ſaltim ab ipſo nunquã data) Villalpãdç⁹ omiſsit.

Caput V. De termino collectiuo & diuiſiuo.

Secunda ſubdiuiſio termini cathegorematici.

SEcunda diuiſione. Cathegorematicus terminus diuiditur in collectiuũ & diuiſiuũ: collectiu⁹ eſt qui in numero ſingulari plura ſignificat cũ eorũ collectione. vt Tolet. Diuiſiu⁹ vero dicit̃, qui plura ſignificat in ſigulari, vel vnũ tantũ: plura, vt homo, vnum diuiſiuè vt Petrus, &c. dicitur notãter in numero ſingulari, quia terminus, eiuſq; ſignificatio regulandi ſunt per numerum ſingularẽ.

Ex quib⁹ infero, quod hij termini, Sol, Luna, Mundus, &c. ſint termini communes, & nõ ſingulares, quia licet in ſingulari vnã rem tantum ſignificent, non tamen repugnat eorum ſignificationi diuiſiuè plura ſignificare, ſi eſſent.

Dubium notandũ

Mai⁹ tamẽ dubiũ eſt, an hçc nomina eſsẽtia diuina & De⁹, ſint termi-

termini cõmunis. an ſingularis?

Quidam affirmant, ratio, quia repugnantia eſt ex parte rei, non tamen ex parte nominis ſignificationis. Hác tamen ſententiã impugnant alij (quibus ego ſubſcribo in præſenti) quia ſi id ita eſſet, ſequeretur euidenter, quod Blyctiri, eſſet terminus & ſignificatiuus: & chrimera aliquid reale ſignificaret, quia repugnantia ſecundum iſtos nõ ſe tenet ex parte termini, ſed ex parte rei ſignificãdæ: confirmo nam voces dicuntur ſignificatiuæ, quia repræſentát rem exiſtentẽ ſuo modo (quod dico propter chimerã, quę in eſſe ficto, vt dico in Logica) exiſtit ſuo modo, vel poſſibilem exiſtere, ſi ergo implicet aliquid exiſtere, nulla vox id ſignificabit. Deus ergo, & eſſentia diuina nõ ſunt termini communes, quia implicat rationi eſſe plures deos: plures ve eſſentias diuinas.

Caput VI. De termino abſoluto, & de nominatiuo.

ABſoluta iam explicatione termini diuiſi, & collectiui. Iterũ cathegorematic⁹ terminus vipartitur, alius nãq; eſt abſolutus alius denominatiuus, de quibus iterum redibit perſpicatior tractatus in antepredicamentis, interim abſolutũ voco, qui à nullo denominationem accipit, vt homo, vel vt alij dicunt pro maiori intelligentia tractatus abſolutus eſt, qui ſignificat rem per modum per ſe ſtãtis. Denominatiuum vero Ariſtoteles ſic definit vbi ſupra. qui ab alio denominationem ſumit, á quo ſolo caſu differt, vt album ab Albedine, &c. vel vt alij clarius diffiniunt; qui ſignificat rem per modum alteri adiacentis, vel non adiacentis, ideſt accidens inhærere ſubiecto, vt Album muſicum: &c. Aduerte tamen obiter, quod notare idẽ eſt, quod ſignificare, ſecundum quod ſignum libro de interprętatione vocat Ariſtoteles notam. Vnde connotare idem erit, quod cõſignificare, ſic ergo denominatiuus, & connotatiuus, ideſt conſignificatiuus nominatur. Ex quo infertur quod denominatiuus, duo habet ſignificare, vnum quaſi primarium, & de formali, vt album albedinem dicit: & ſecundum quaſi ſecundárium de materiali, puta ſubiectum albedinis.

Cathegorematic⁹ tertio diuiditur.

Secundò nota, quod notanter dicitur in deffinitione ſecũda connotatiui ſignificare per modum alteri adiacẽti, vel non adiacentis: quia rurſus duplex eſt cõnotatiuus, alter poſitiu⁹, qui ſcilicet ponit accidens in ſubiecto, verbi cauſa, album albedinẽ ponit alter priuatiuus, qui tollit accidens à ſubiecto, ideſt importat carentiam ſubiecti, vt caluum carentiam pilorũ, pauper carentiã diuitiarũ. Tan-

Cõnotatiuus ſub diuiditur

Denominatiuus iterũ partitur.

Tandẽ de nomiuatiuus, poſitiuus duplex eſt, alter intrinſiçè denominans, ideſt, qui tribuit ſubiecto de nominationẽ eſſentialem, vt ſenſibile, rationale: alter vero extrinſicè denominans, qui accidentalem denominationem in ſubiecto ponit, vt Diues, Muſicus, Sapiẽs, Albus, &c.

Arguitur contradicta.

Sed dices ſtatim, ſequitur, vel quòd rationale, non ſit connotatiuum, vel quòd, denominatiui definitio explicata ſit nulla: nam connotatiuus in cõmuni ſignificat ex dictis accidens per modum alteri adiacentis, ideſt, inhęrere ſubiecto, &c. cõſtat autem rationale non eſſe accidens ergo rationale nõ eſt connotatiuum.

Magiſtr. Soto hic.

Propter hoc argumentum quidam ſic interprætantur denominatiui definitionem, denominatiuus ſignificat accidẽs, vel aliquid quod ſe habet per modum accidentis: & ita rationale erit denominatiuũ, quia licet non dicat accidens importat ſubſtãtiam rationalem per modum accidentis: melius tamen dicent, ſignificat aliquid per modum alteri adiacentis, ſicq; comprehendit vtrumq; terminum, ſcilicet, quẽ ſignificat accidens, & ſubſtãtiam per modum accidentis.

Arguitur ſecundo cõtradicta.

Dices ſecundò ſequitur ex dictis, quòd Synchathegorematicus, & connotatiuus ſint idem, patet nã ex dictis cap. 5. Synchathegorematicus non ſignificat, ſed tantum conſignificat, quod eſt proprium connotatiui, vt dicitur: ergo cathegorematicus & connotatiuus idẽ ſunt.

Vera Cruz & alii.

Reſpondetur, quòd cõſignificare ſtat dupliciter, primò, vt eſt idem, quod ſimul cum alio aliqualiter ſignificare, ſicq; ſynchathegorematicus eſt conſignificatiuus: ſecundò, vt idem ſit, quòd vnum ſignificando alterum connotare, ſicq; cõſignificat denominatiuus, quod lõgè diuerſum eſt.

3. Arguitur.

Dices tertio, connotatiuum quod ſignificatũ principaliùs importat, materiale, an formale? Moderni tenent, quòd materiale probant: quia cum ſic enuntio, album eſt diſgregatiuum viſus, ly albũ ſtat pro ſubiecto, quod eſt materiale ſignificatum: ergo principaliùs ſignificat illud. Dicendum tamen cum S. Tho. & cõmuniori ſẽtẽtia, quæ verior eſt, quod principalius ſignificatum eſt formale. patet ex Ariſtotele. 1. poſteriorum. cap. 2. text. 5. dicentę, propter vnum quodq; tale, & illud magis: ſed connotatiuus ſignificat materiale per formale, album, verbi cauſa, ſubiectũ dicit propter albedinem: ergo principaliùs importatur formale. Scio multas eſſe huius maximæ expoſitiones, plureſq; inſtantias

inſtantias pati, quas vide in poſterioribus commentariis noſtris ſuper illum locum: tamen in hoc modo cauſandi bene tenet, vt ibi latè dico.

Colligitur plena deffinitio termini connotatiui.

Secundò patet idem, ex deffinitione ipſius cõnotatiui, qui dicitur, quòd ſignificet accidẽs per modum alteri adiacentis, ex quibus Dialectici antiqui regulam colligebant, ſcilicet, omnis terminus, qui pro eadem re poteſt ſupponere, & nõ ſupponere manente eadem, eſt connotatiuus, quæ quidem licet illis competat, ſed nõ omnibus, nimirũ eſſentialiter connotantibus, rationale enim, verbi cauſa, nõ poteſt ſupponere, & non ſupponere pro eodẽ ſubiecto.

CAPVT VII.

De termino complexo & incomplexo.

Cathegorematic⁹ quatuor locũ ſub diuiditur.

Magiſtr. Soto.

ADhuc cathegorematicus, ſecatur in terminũ cõplexum, & in incõplexum: cõplexum voco plura ſigna congruè ſe habẽtia, vt homo alb⁹, vel vt alij volũt (& benè) cuius partes per ſe ſunt ſignificatiuę, id eſt, ſignificatio conſurgit ex partiũ ſignificatione: in cõplexũ verò illud exiſtimo eſſe vnicũ tãtũ ſignũ integrũ ponibile in propoſitione, vel vt alij, cu⁹ partes per ſe nõ ſunt ſignificatiuę, vt Dñs, intellige vt partes ſunt termini, nõ ſignificant, nã ſeparatę ſolẽt ſignificare, vt in poſito exemplo, do, & minus, quæ ſunt partes huius termini dñs, & ſignificant dare minus, vt autem componunt Dñs, induunt aliam rationẽ ſignificãdi, ideoq; rectè dicitur, cuius partes nõ ſunt ſignificatiuę, id eſt ſignificatio totius nõ reſultat ex partium ſignificatione.

Illatio.

Vnde infero, quòd nomina compoſitæ figurę ſunt termini incõplexi, vt equifer, belliger. vt docet Ariſt. 1. de interpretatione cap. 2. quia inquám eorũ ſignificatio non conſurgit ex partium ſignificatione.

Complexus diuiditur.

Prætereà, terminus complexus, alius eſt diſtãs, cuius partes aliqua coniunctione copulantur, vt homo, & animal, vel aliqua diſiunctione diſiunguntur vt homo, vel animal, alius eſt complexus non diſtans, cuius, inquam, partes, nec cõiunctione copulãtur, nec diſiũctione diſiũguntur, vt homo alb⁹.

Tertia diuiſio cõplexi termini.

Tandẽ complexus alius voce tantũ, cuius partes idẽ valẽt, vt enſis, & gladius, alius cõplexus ſignificatione, qui plura ſignificat ſub vno ſigno tãtùm, ſiue eadẽ, ſiue diuerſa ratione, vt canis, verbi cauſa, de quo ſtatim: deniq; alius eſt cõplexus voce, & ſignificatione ſimul, qui ſecundum diuerſas partes ſui diuerſè ſignificat, vt homo muſicus.

CAPVT VIII.

De termino primæ & ſecundæ impoſitionis.

Cathegorematici termini quintupla ſubdiuiſio.

CAthegorematicus itē,alius primæ intētionis, ſiue impoſitionis, qui ſignificat aliquid ſecundū eſſe, quod habet in rē,vel qui ſignificat rem, aut accidens rei ad extra,verbi cauſa animal rem ipſam dicit, & muſicus accidēs reale rei importat. Alius verò eſt ſecundæ intentionis, vel impoſitionis, qui ſignificat rē ſecundū illud, quod habet ab intellectu,verbi cauſa,ſpecies,genus, nominatiuus,genitiuus,&c.quia hæc omnia ſolo beneficio intellect⁹ competunt rebus, vnde liquet horū Ethimologia, quia enim voces primò excogitatæ ſunt, vt res ſignificarent, cōceptuſq; exprimerēt,quæ his deſeruiūt, primæ impoſitionis dicuntur, quæ explicant proprietates & affectiones,quæ competunt rebus omni intellectu ſecluſo: quæ verò ſignificant affectiones & proprietates,quæ inſunt rebus per cognitionem intellectus,vt prædicari, flecti per caſus,& tempora,dicuntur ſecundæ intentionis.

Optima authoris explicatio termini primæ & ſecundæ intentionis.

Quæ omnia vnico verbo dicā ſi aduertas, quòd intētio idē eſt,quod cōceptus,vnde terminus primę intentionis ille eſt, qui ſignificat primūconceptū, & res,quę ſub illū cadunt:terminus verò ſecūdæ intētionis terminus eſt,qui ſecundū conceptum ſignificat, & quæ ſub illo clauduntur, erit ergo exactiſsimè dictū, quòd terminus primę intentionis ſit terminus conceptus directi; verumtamē terminus ſecūdę intentionis ſit terminus conceptus reflexi, quod eſt valde notandum.

Ex quibus infero,quòd vox cōceptus,& chimera ſunt termini primæ intentionis, quia licet dicant dependentiam in ſuo eſſe ab intellectu,dicūt tamen illā intrinſecè,eo quòd in ſuo eſſe,fieri,& conſeruari pendēt ab intellectu:terminus verò ſecūdę intētionis ſignificat aliquā proprietatem rei extrinſicè illi conuenientē per ordinē ad intellectum,ideſt,ad conceptum reflexum illius. Illatio.

Rurſus termin⁹ cathegorematic⁹,alius cōcretus,alius abſtractus:cōcretus eſt,qui ſignificat rē per modum totius,vt homo animal:abſtractus verò, qui ſignificat formā,&c.ē per modum partis,vt albedo.iſtius modi autē ſeparatio nūquā fit niſi ſolo intellectu, cui datum eſt inter alias omnes potentias rē ipſam quaſi diuidēdo, vnā parte ſine aliis cognoſcere;ſic ſeparat,formā à materia, accidens à ſubiecto, & partes à toto.

Cathegorematici termini ſexta ſubdiuiſio.

Aduerte tamen,quòd cōcretus non eſt idem, quod denominatiuus (de quo paulò ante dicebam)

Termin⁹ cōcretus nō eſt de nominatiuus.

diccbam) bene tamẽ habẽt ſe, ſicut ſuperius, & inferius, nam licet omnis cõnotatiuus ſit cõcretus, non tamen omnis concretus eſt connotatiuus: homo enim, & animal concreta ſunt; ſed non connotatiua; de quo infra latiùs dicenda ſunt multa in ante prædicamẽtis Logicæ. Terminum autem, tam finitũ, quàm infinitũ, modo omitto: quia eius exacta cognitio petit, explicemus naturam nominis & verbi: & negationis; de quib⁹ li. 2. ſtatim in principio.

CAPVT IX.

De æquiuocis & vniuocis.

Quare de ęquiuocis vltimo agatur.

HOrum tractationem huc vſq; diſtuli propter ſeruã dam methodum diuiſionis, & quidem ridiculum eſt multiplices, variaſq; diuiſiones terminorum attendere, quas cõmuniter authores addũt, & docent. quorum nomina ſilentio prætermitto propter eorũ grauitatem: nam cum certum debeat eſſe (& à me probatur in antepradicamentis Logicæ) non poſſe dari æquiuocationẽ in mente: debet etiam eſſe certum non dari terminum ęquiuocum mentalem, quẽ omnes iſti tenentur fateri, cùm terminum in communi diuidant in æquiuocum, & vniuocum, cõſtat autem ſub termino in cõmuni ſemper claudi mentalẽ: ergo qui diuidit terminum in communi in æquiuocũ, & vniuocum, etiam mentalem diuidit in vtrumq;, quod eſt ridiculum.

Relicto ergo termino in cõmuni, & eius continuis ſubdiuiſionibus, vſq; adhuc ordine factis: terminus vocalis, ſeu ſcriptus duplex eſt, æquiuocus alter: alter vniuocus. æquiuocus dicitur etiã ab Ariſtotele, qui plura ſignificat, vt plura ſunt, ideſt, diuerſa, & multiplici ratione, ſicut nomen canis ſignificat, & ſydus cæleſte dictũ canem, & domeſticum, & piſcem marinum, canem etiam appellatum. Vniuocus verò dicitur, qui vnam rem tantum, vel plura eadem ratione, ſignificat, vt homo quatenus viuos ſolùm ſignificat: nam ſi ſimul ſummatur quatenus viuos, & pictos repræſentat, potiùs eſt æquiuocus.

Equiuocus duplex & ſimiliter vniuoc⁹ terminus

Præterea æquiuocus duplex eſt, alter ęquiuocus ęquiuocãs, alter æquiuocus æquiuocatus, æquiuocus ęquiuocans eſt ipſum nomen æquiuocum: ęquiuocus verò æquiuocatus ſunt res ipſę plures, vno nomine diuerſa ratione importatę. iſtæ dicuntur ęquiuoca: ille ęquiuocus ęquiuocans.

Similiter vniuocus duplex eſt, alius vniuocans, puta nomen ipſum vniuocum: alius ve-

iò vniuocus vniuocatus, & ſunt ipſæ res vnica ratione ſignificatæ nomine vniuoco. ideoq; vniuocæ vniuocatæ ſolent appellari.

Illatio notanda. Vnde infertur, quòd res ſecũdũ ſe, nec ſunt vniuocę, neque æquiuocę, ſed quatenus nomine vniuoco, vel æquiuoco, ſignificantur: & è contra voces ſecũdum ſe nec ſunt vniuocæ, neque æquiuocę, ſed quatenus res, eadem, vel diuerſa ratione ſignificãt. Vnde colliges, quòd eadem res poteſt dici vniuoca & æquiuoca, nam ſi canis nomine animalis ſignificatur, vniuocus eſt, ſin verò nomine canis, æquiuocus.

Aequiuocus adhuc duplex eſt. Demũ æquiuocus alius eſt à caſu, alius verò à cõſilio, à caſu dicitur, qui plura diuerſa ratione reprę ſentat ſine cõſilio & ordine vnius ad aliud, ſic Petr[9] plures Petros repræſentat quatenus inter ſe omnino ſunt diſconuenientes. A conſilio verò dicitur, qui ordine & conſideratione habita vnius ad aliud, plura diuerſa ratione importat: qua ratione homo hominẽ pictum propter ſimilitudinem cum viuo ſignificat.

Arguitur cõtra dicta. Dices infertur ex dictis, quòd æquiuocus ſit connotatiuus, nam etiam plura repræſentat, vt pote ſubiectum, & formam, & diuerſa ratione etiam, alia enim ratio eſt formæ, alia verò ſubiecti, in quo eſt forma. ergo &c. Reſpõdetur negãdo ſequelam, ad probationẽ dico, quòd æquiuocus plura ſignificat diuerſa ratione, plura, inquã, totalia, in quo diſtinguitur à connotatiuo, qui etiam ſi plura, nõ tamen totalia, ſed partialia, ſignificat: vnde in rigore non dicit plura, ſed vnum, nec diuerſa ratione, ſed eadem totali, & cõpleta. Omitto plures regulas, quas quidã hîc cumulant, quia tot addũt illis particulas, quot ſunt argumentorũ ſolutiones. Iam ad terminos in plurali veniamus.

CAP. Vltimum.

De terminis in plurali ſimul ſumptis, & inter ſe comparatis.

HActenus rationes ſinguli cuiuſq; termini in particulari (pro virili) proſequuti ſumus: ipſa verò tractationis ratio poſtulat, vt de eiſdẽ ſimul aggregatione quadã ſumptis, pauca dicamus. Horum ergo terminorum, quidam dicũtur pertinentes: alij verò impertinentes, pertinentes ſunt, quorũ vnus dicit ordinem ad alium, vel inferendo, vel repugnãdo, exemplum primi, homo, & admiratiuus: ſecũdi autem ſit, angelus & equs. Impertinentes verò illi ſunt, qui non dicunt ordi- Terminialij pertinentes, alii impertinentes.

PARS SECVNDA SVMMAE SVMMVLARVM de propoſitione, cum argumentis.

CAPVT I.

De intentione procedendi.

LIcet naturę ordo diſputationiſq; exacta ratio poſtulare videatur, vt natura termini explicata, ſtatim, vt magis, latiuſq; pateret, de ipſius multiplici paſſione, quæ illam quaſi conſequitur, ageremus: priùs tamen, & commodiùs de aliquibus, quædam ſunt præmittenda, quia nullo modo, nullaq; prorſus ratione valent intelligi, quin priùs, quæ ipſæ concernunt apperiamus. Sunt autem termini affectiones multæ, vt pote ſuppoſitio, ampliatio, reſtrictio, alienatio & appellatio ipſa, de quibus in præſentiarum animus eſt aliqua reſoluere: quia tamē ferè omnes iſtæ, terminis cōtingunt in propoſitione exiſtentibus, priùs de illa dicendum iudico, quam reſoluentes in orationem, & orationem in nomen & verbum partimur. Vndè priùs de nomine, deinde de verbo, poſtea de oratione (propoſitionis genere) tandemq; de ipſius enuntiationis quidditate, & partitione, de hiſq;, quę terminis ipſam cōponentibus accidunt, dicā, quod & Ariſtoteles fecit lib. de interpretatione, & facienda docuit.

Caput II. D*e nomine.*

COmmunis eſt controuerſia hic, & 1. c. de termino in cōmuni: pręcipuè cū M. Sot. qui hic reiicit qui ſuo fundamēto primo ſemper innixus, ſicut ibi terminum, ſic & hoc capite nomē deſcribit, vnde ratio iterū à nobis ibidem facta reddit: definit enim nomen per vocem ſignificatiuā, &c. ac ſi nō eſſet nomē in cōmuni: omnia omitto ei, qui claris intellectus oculis, veritatē pręfatā rimatus eſt: iudicemq; cōſtituo (ſi opus eſt iudicio) vbi tam clara eſt ratio. M. Soto. hic reiicitur.

Primò tamē dubitabis: quare cōſideratio de verbo hoc ſecūdo libro habeatur? ratio dubitādi eſt in prōptu, quia ex Ariſtotele & veritate, nomē & verbū ſunt voces ſimplices: de vocibus autē ſimplicibus 1. lib. dictū eſt. Reſpōdetur, quòd vox poteſt cōſiderari 1. in quātū ſignificat rē, ſicq; eiꝰ cōſideratio ſpectat ad 1. lib. ſecundò vt eſt pars enuntiationis, enuntiatio enim ex ſignis ſimplicibꝰ cōſur- Dubitatur. 1.

git(nomine ſcilicet, & verbo) ſicq; huc pertinet: tandem in quantũ ſunt partes ſyllogiſmi, cõſtat enim (vt reſolutione vltimà dicemus) tribus terminis, ſicq; ad ſyllogiſticam artẽ ſpectat. Vnde magis patet ratio ſupra facta cõtra illos, qui terminum in communi definiũt extremum propoſitionis. ſic docent. 1. de interpretatione Ariſtote. & eius expoſitores.

Villalpã

S. Tho. præcipuè

Dubitatur. 2.

Dubitabis ſecũdo, dato quòd ita ſit, quare priùs, ſcilicet de nomine, quã de verbo eſt agendum? Dicẽdum, quòd quia nomen dicit ſubiectum propoſitionis, ſubiectum, ſcilicet, vel prædicatum: verbum verò coniunctionem extremorum, ideſt compoſitionem prędicati cum ſubiecto: compoſitio autẽ non poteſt cognoſci, neq; intelligi abſq; extremis: rectꝰ ergo ordo præcipit, vt à nomine exordiamur. Ita ferè omnes. Adde, quia nomen ſine verbo poteſt intelligi, non tamen è cõtra: & quia nomen importat rei ſubſtantiam, verbum autem, ſi adiectiuum eſt, actionem, vel paſſionem, ſin verò ſubſtantiuum, ſolùm actum ſubſtãtiæ, ideſt exiſtentiam ſignificat.

Hibert. Ammõ. & D. Th.

Definitur nomen.

Nomen igitur (vt alia quædã friuola omittamus) eſt terminus incomplexus ſignificans ſine tempore, finitus & rectus: verbi cauſa, homo, leo, &c hęc deſcriptio omnibus nominibus, tam, inquam, mentali, quã vocali, & ſcripto conuenit, in qua vox terminus ponitur loco generis, cętera verò differẽtiæ locum obtinent.

Obiectio.

Dices tamen pro Soto, Ariſtoteles. 2. de interpretatione ſic definit, nomen, eſt vox ſignificatiua ad placitum, ſine tempore finita, & recta, ergo falsò definitur, quod ſit terminus incomplexus, &c Reſpondetur, quod Philoſophus ibi, vel ſolùm exiſtimauit vocem tantùm veram rationem nominis habere, non verò ſcripturam, & conceptũ, vel nomẽ magis vſitatũ, &, quod eſt negotij Dialectici definiuit, quod ſi aliter intellexit pari greſſu cõtraeũ ratio à nobis ſuprà facta currit.

1. Obiectio.

Dubitabis ſecũdo, qua ratione terminus cõplexus excluditur à ratione nominis, ſi quidẽ & poteſt eſſe ſubiectũ, & prędicatũ in propoſitione cathegorica? Reſpõdetur primo, quod quia nõ eſt vnũ per ſe, ſed plura nomina, vnũ tamen per aggregationẽ, licet ratio cõgruentiæ aliquid addat ei de ratione per ſe: & ita nõ eſt vnũ abſolutè, & ſimpliciter. Secũdo, & meliùs, quia (vt dictũ eſt) hic ſolùm numeramus partes orationis per ſe, talis vero eſt, vox incõplexa, & ſignum incõplexum non vero complexum.

Iam

Explicatur deffinitio nominis.

Iã ad definitionis explicationẽ accedamus; quid terminus incomplexus ſit, & ſignificare abundè. 1. lib. dictum eſt, quid verò ſine tẽpore ſtatim ſequenti capit. dicemus, dum quid ſit cum tempore ſignificare explicabimus, meliùs enim priuatiuum per poſitiuum intelligetur: ſolùm ergo reſtat dicendũ quid ſit nomen infinitũ (quod hic polliciti ſumus aperire) & an omnia nomina poſsint infinitari?

Dictio, Non, dupliciter ſumitur

Pro quo ſciendum, quòd dictio Non, dupliciter ſumitur, vno modo neganter: ſecundò infinitanter: neganter ſumitur quando vis eius cadit ſupra copulam, vel verbũ, vel ſupra id, quod gerit vicẽ copulæ, quod dico propter hypotheticã enũciationem (vt ſuo loco) in qua coniunctio extremas propoſitiones copulat, vel etiam diſiũgit, &c. verbi cauſa homo non eſt animal, negat tunc animal de homine: & reddit propoſitionem negantẽ: negatio enim eſt malignantis naturæ, quicquid poſt ſe inuenit deſtruit, & eius oppoſitum reddit (vt aiũt Summuliſtæ.) Infinitãter verò ſumitur, quando eius vis ſolùm alligatur termino, eiuſq; ſignificationem tãtum negat, vt cũ dicis non homo, redditq; propoſitionem affirmatiuam: dicitur autem terminus talis infinitus, quia rem incertam, & indeterminatam ſignificat, vt enim docet Philoſophus: tam ſignificat id, quod eſt, quàm quod non eſt: non homo namq; ſignificat quicquid nõ eſt homo, & (cum Deus poſſit creare infinita ſyncathegorematicè intellige propter Theologos & Philoſophos. 4. Phyſicorum quæ non ſint homo, quæ hoc nomine importentur, per quæ vagari poteſt) infiniti rationẽ habet.

Quid ſit negatio.

Nomen infinitũ eſt cõnotatiuus.

Secũdò ſciendum, quòd nomen infinitum eſt terminus cõnotatiuus, nam ſicut vox albũ de formali dicit albedinem, de materiali verò ipſum corpus album vt ſupra dicebam: ita non homo de materiali dicit quicquid non eſt homo, de formali verò ipſam negationem hominis: ſimiliter eſt terminus incõplexus, quod patet ex Ariſtot. 1. Perihermen. cap. 2. dicente; quòd non homo non eſt oratio: ergo eſt terminus incõplexus neceſſariò: nam terminus cõplexus oratio eſt ſaltim imperfecta. Adde, quod ſi eſſet complexus, particula illa, finita redũdaret, quia per præcedẽtem poſſet reiici à nominis ratione ergo, eſt ergo nomẽ infinitum nomen præpoſita negatione.

An omnia nomina poſſint infinitari.

Dubitabis tamen, an omnia nomina poſſint infinitari? ad-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

huc tranſcendentia, vt nō ens, non bonum? Quidam negant: meliùs tamen alij affirmant. Quod ſi dicas pro illis nomen infinitum dicitur tā de rebus, quæ exiſtunt, quàm de eis, quæ non ſunt, ſed non ens non poteſt dici de rebus, quæ ſunt, aliter idem ſimul eſſet, & non eſſet, ergo non ens, non eſt nomen infinitum. Reſpondetur diſtinguendo minorem, licet enim non dicatur de rebus exiſtentibus ſecundum rem, dicitur tamen de illis ſecundū modum ſignificandi: itaq; nō ens, cum ſignificet rem incertam, & indeterminatam, & hæc poſſit eſſe, & non eſſe, ex modo ſignificandi dicitur de omnibus, licet non ex parte rei ſignificatę. Dici verò ſecundum rem de re exiſtenti non eſt de eſſentia nominis infiniti, quia hoc nomen finitum imaginabile dicitur de rebus exiſtentibus, & non exiſtentibus.

Obiectio.

Particula rectus explicatur.

Tertio ſciendum, quod vltima particula, ſcilicet rectus ponitur ad differentiam obliquorum, cuius reddit rationē Ariſtoteles, quia cum verbo eſt, vel non eſt, non ſignificant verum vel falſum: nomen verò cum ſit pars enūtiationis eſſentialis, neceſſe eſt, vt cum verbo eſt, vel non eſt ſignificet verū, vel falſum. Vnde ſyncathegoremata omnia, & nomen adiectiuum adiectiuè tentum, vt album, non ſunt dicenda nomina, quia cum verbo eſt, vel nō eſt, non ſignificant verum vel falſum, & in ſumma non gaudent nominis ratione, quæ variant cōceptus in mente, vt hominis: aliter enim accipitur ab intellectu equus eſt hominis, atque hæc, equus eſt homo, quæ non variant conceptum nomina ſunt.

CAPVT III.

De verbo.

Communia ſunt nomini, & verbo partim eorum, quæ dicta ſunt ſuperiori capite. Ariſtoteles vbi ſupra verbum deſcribens ait, eſt vox ſignificatiua ad placitum, cum tempore, cuius nulla pars per ſe eſt ſignificatiua, ſeparata, finita, & recta, & eſt eorum, quæ de altero dicuntur, nota, ideſt ſignum: ſicq; Magiſter Soto etiam definit: præterquā quod ſolùm terminat ſuam finitionē in vox finita & recta: aliā verò particulā, & eſt eorum, quæ de altero dicūtur, nota, ponit Philoſophus ad differentiam participiorū, quæ nō ſunt nota eorū, quæ de altero dicuntur, nō enim cōiungunt prædicatum cum ſubiecto, vt infra magis. Pro quo recolenda ſunt, quæ ſuperiori cap. dicebantur circa definitionem nominis ab Ariſtote-

Definitio Ariſt. de verbo.

ſtotele tradditā: ſicut enim in illa non apperitur ratio nominis in communi, ſic etiam, neq; in iſta, verbi eſſentia in cōmuni explicatur.

Verbum in cōmuni defini tur ab au thore.

In communi ergo, verbum eſt terminus incomplexus ſignificans cum tempore, finitus, & rectus; & eſt eorum, quæ de altero dicuntur, nota, vt currit.

Circa quartam particulam verò (reliquę enim antecedentes, ſupra explicatæ ſunt) cuius expoſitionem huc vſq; diſtulimus, dubitatur, quid ſit cum tēpore ſignificare? Plurimi plurima dicūt, Ariſtoteles hoc vnū ſolùm dixit, minùs ſolicitus de eius deſinitione, exemplo manifeſtauit: aliud, inquit, eſt valetudo, & valet: valetudo enim ſanitatem abſolutè importat: valet verò, illam in tēpore præſenti, quod vt intelligas. Aduerte: aliud eſſe ſignificare tēpus, aliud connotare tempus: aliud ſignificare cum tempore: duo enim priora etiam in nominibus inueniūtur, menſis namq; tempus ſignificāt, prandiū verò ipſum connotat, ſignificare autem cum tempore, verborū proprium eſt. Hoc poſito quidam dicunt, quod ſignificare cum tempore eſt, verbum ſignificare aliquam actionem vel paſſionem concernendo, & cōnotando certam temporis differentiā, ideſt ſignificare actionem vel paſſionem, vt eſt in fieri, & motu in aliqua temporis differentia, vt puta in præſenti, præterito & futuro tempore: vt lego, audio, ſignificat actionem, ideſt me audire, vel legere, quod fit ſucceſſiuè, & cum motu in tempore pręſenti. Sed non placet vſquequaq; hic modus dicendi, nam hæc verba ſum, exiſto, & alia, cum tempore ſignificant, & non actionem vel paſſionem: eſt ergo ſecundum Ariſtotelis mentem, ſignificare aliquid ſiue actionem, ſiue paſſionem, ſiue ipſam coniunctionem prædicati cū ſubiecto, nō connotādo aliquam differentiam temporis.

Quid ſit ſignificare cū tempore.

N O T A.

M. Soto.

Reiicitur M. Soto.

Hoc tamē dupliciter impugnatur primò ſic, hęc verba creo, genero ſignificāt cum tēpore, & nō ſignificāt aliquid in aliqua temporis differentia: ergo falſum eſt, quod ſignificare, &c. probatur minor, nā creatio, ſignificat actionem, quæ fit in inſtanti, ſed inſtans, tempus non eſt, ergo, nec differētia temporis. Pro ſolutione nota pro nūc, quod omnis quātitas terminatur aliquo termino, verbi grātia, linea hæc ——— pūcto indiuiſibili terminatur, ſic tempus (quod quātitas eſt) terminatur inſtāti: & ſicut pūctus nō eſt linea per ſe, ſed reductiuè linea dicit, ſic inſtās nō eſt tēpus per ſe, ſed reductiuè eſt tēpus.

Arguitur contra dicta 1.

Iam ergo ad argumentũ cõcedo maiorem & minorem, & nego conſequentiam, ad probationem conceſſa maiori diſtinguo minorem, inſtans non eſt tempus, per ſe concedo minorem, non eſt tempus reductiuè nego minorem: & ſic patet, quòd creatio ſignificat actionem in aliquo tempore reductiuè, quod ſufficit.

2. Arguitur. Ad idem ſecundo ſic argumentor verbũ, eſt, in hac propoſitione homo eſt animal, eſt verè, & propriè verbum, & tamen non ſignificat aliquid, cõnotando aliquam differentiam tẽporis, ergo. Probatur minor ante omnia tempora: & ſi in rerum natura non eſſet tẽpus, nec intellectus, hæc eſt vera propoſitio, homo eſt animal, ergo difinitio falſa.

Hoc argumentum petit, vt explicemus, primum, qua ratione verbum abſoluatur à tẽpore: ſecundum, an ſit de eſſentia verbi ſignificare cum tempore?

Solutio notanda quomodo verbũ abſoluitur à tempore. Ad primum dicimus, quòd quando prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti, vel ſaltim propria paſſio, vel nomen infinitũ, verbum abſoluitur à tempore: vt in his propoſitionibusq; patet, homo eſt animal, cuius prędicatũ eſt de eſſentia ſubiecti: homo eſt riſibilis, ſeu prædicatum paſſio ſubiecti: homo eſt non videns, ecce prædicatum nomen infinitum. Quid autem ſit, & in quo conſiſtat verbum abſolui à tẽpore tot ſunt ſententiæ, quot capita. Vt autem veritas explicetur: nota, quòd verbum duo habet, & coniungere extrema, ſcilicet ſubiectũ cum prædicato, quod eſt idẽ, quod dixit Ariſtoteles, & eſt eorum, quæ de altero dicũtur, nota: alterum habet, quod eſt conſtringere extrema, ſcilicet prædicatum & ſubiectum, vt ſignificent in aliqua differẽtia tẽporis, vt puta præterito, præſenti & futuro. Iam ergo quantum ad primum nulla ratione verbum poteſt abſolui, ideſt, verbum non poteſt coniũgere extrema, quando verò abſoluitur eſt à ſecũdo, ideſt à tẽpore: eſt ergo verbum abſolui à tempore, & verbum coniungere extrema, & ea non conſtringere vt ſignificẽt in aliqua temporis differentia, vt putà præterito, præſenti & futuro.

Quod ſi quis quærat vnde proueniat verbo huiuſmodi abſolutio à tempore? Reſpondetur, quòd illi prouenit propter eſſentialem connexionem prædicati cum ſubiecto: & per hoc patet, ad primum quæſitũ & argumentum.

Impugnantur dicta. Contra hoc tamen eſt argumentum, nã ſicuti eſt de eſſentia verbi coniungere prædicatum

tum cum ſubiecto:ita eſt de eſſentia eius ſignificare cum tempore: ſed à primo nõ poteſt abſolui verbum:ergo neq; à ſecũdo Reſpondetur, quòd longè aliud eſt verbum ſignificare cũ tempore, eſt enim ſignificare aliquid connotando aliquam differentiam temporis, & verbum abſolui à tempore eſt nõ reſtringere extrema ad hoc, vt ſignificent aliquid in aliqua differentia temporis, primum eſt de eſſentia verbi: ſecũdum verò minimè, & per hoc patet ad argumẽtum, patet etiam ad ſecundum dubium an ſit de eſſentia verbi ſignificare cum tẽpore.

Dubitatur an verbum ſit ſubiectũ, vel prędicatum.

Sed etiam dubitatur quarto, vt dicta & dicenda magis pateát, an verbum ſit ſubiectum, vel prædicatum in propoſitione? Pro quo nota verbum eſſe duplex, aliud ſubſtantiuum, quod rei ſubſtãtiam ſignificat, qualia ſunt vox eſt, & eius copoſita: aliud verò adiectiuum, quod rei actionem, vel paſſionem denotat, vt ſunt reliqua verba.

Propoſitio duplex.

Nota prætereà, quòd propoſitio eſt duplex alia eſt ſecundũ adiacens, alia tertium adiacẽs. Secundum adiacens eſt, quod in propoſitione ſolùm reperitur à parte prædicati, vt vox currit, in hac parte homo currit. Tertium adiacens, quod à parte prędicati aliud habet pręter verbum; vt vox eſt; in hac propoſitione homo eſt animal: dubium ergo eſt de verbo de tertio adiacente: & quidam dicunt, ſed male, quòd non poteſt eſſe prædicatum; nec pars eius in propoſitione. probátq; ex Ariſtotele. 1. priorum cap. 1. dicente, terminũ voco, in quẽ reſoluitur propoſitio tãquam in ſubiectum, & prædicatum, vbi nullam mentionẽ facit de verbo: ergo verbũ nec eſt ſubiectum, nec prædicatum.

Arguitur contra dicta.

Pro veritate nota. 1. quòd ſicuti in rebus artificioſis, verbi gratia, in domo, aliquid ſe habet vt materia, vt ligna, lapis, &c. aliquid verò, vt forma eiuſdem, vt pote compoſitio: partes etiam in propoſitione prædicatum, & ſubiectum habent ſe vt materia, copula verò ſeu verbum, forma eſt eiuſdem.

Nota ſecundo, quòd verbum in propoſitione duo habet, & copulare extrema, & ſimul ſignificare aliquid per ſe, quòd copulat etiam ſuppoſito, verbi gratia, lego, ſignificat lectionẽ, prout competit mihi.

Ex quo infero primò, quòd verbum ſecundum quòd copulat extrema: eſt forma propoſitionis: ſecundum verò, quòd ſignificat aliquid etiam per ſe, quod copulat cum ſubiecto, eſt materia enũtiationis.

Infero ſecundo, quod verbum, eſt, de ſecundo adiacente eſt integrum prædicatũ in propoſitione: ſed quãdo eſt de tertio adiacẽte eſt pars prędicati: tũc enim prędicat de ſubiecto ſuũ prędicatũ determinatũ ab alio prędicato, vt homo albꝰ.

Concluſio reſpõ. dubitationi, verbum ſemper eſt prædicatũ in propoſitione.

Reſpõdetur ergo hac concluſione. Omne verbũ, ſiue adiectiuũ, ſiue ſubſtantiuum, ſiue ſecundum adiacens, ſiue tertiũ adiacens, eſt prædicatũ in propoſitione modo explicato. itaq; hoc differt verbum à nomine: quòd nomen poteſt eſſe, & prædicatum & ſubiectum, verbum autem ſolùm prædicatũ. Ita tenet omnis turba Gręcorum, & Latinorum, & Temiſtius, Ammonius, Albertus, atque Ariſtotelis ſententia de enuntiatione capitu. 3. dicens, quòd hæ propoſitiones. Homerus eſt poëta: Sortes eſt albus ſunt de prædicato coniuncto, ideſt, complexo, at hoc nequit eſſe, niſi etiã verbum ſit prædicatũ, ergo, &c. Cõfirmatur ex vltima particula definitionis, & eſt eorũ, quę de altero dicuntur, nota: quod idem valet, quod ſemper eſt prædicatum.

Secundò ſuadetur ratione. Omnes concedunt, quòd verbũ, eſt, de ſecundo adiacente, ſemper eſt prędicatũ in propoſitione, ergo, & de tertio adiacẽti erit integrũ prędicatum: tenet cõſequentia, quia per additionẽ noui prædicati verbum nõ amittit ſuã ſignificationem, nec modũ ſignificandi, cũ modus rei ſemper ipſam rem cuius eſt modus ſequatur: ſicut ergo in primo eſt integrũ prædicatum, ita in 3. & per hęc patet ad argumẽtum in oppoſitum: nam in ratione prædicati Ariſtoteles intellexit verbum.

Impugnatur cõcluſio. primo.

Sed contra eſt. Si verbum ſignificaret duo, nempè actionem, vel paſſionem & coniunctionem eiuſdem cum ſubiecto, ſequitur quod ſimul ſit terminus cathegorematicus, & ſyncathegorematicus: conſequens tamẽ eſt falſum: & ſequela probatur, quia ſignificat aliquid, & vnionem ſimul. Reſpondetur negando ſequelam: ad probationẽ diſtinguo antecedens: nam ſignificat aliquid, & aliqualiter, non tanquam duo ſignificata primaria, & totalia, ſed tantũ vnitiuè, tanquã vnũ totale ſignificatũ, vnde ſolum colligere licebit, quòd ſit terminus cõnotatiuus de materia li importãs actionẽ vel paſſionẽ, de formali verò vnione illã, & nexũ prædicati cũ ſubiecto.

Arg. 1. cõtra concluſionẽ.

Secundo ad idem: nulla res poteſt ſe ipſam vnire alteri immediatè, ſed quæ vniuntur, neceſſe eſt vniantur in aliquo tertio: ergo verbũ nequit eſſe prędicatum in propoſitione; pa-

tet, quia verbum eſt copula: ergo non poteſt vniri immediatè ſubiecto. Reſpondetur negando antecedens, manifeſtũ eſt enim, quòd forma vnitur immediatè materię (quod probatur à me latè. 1. Phyſicorum quæſt, 3. art. 2.) & adiectiuum immediatè etiam ſubſtantiuo: ſic in propoſito verbum, ſuum ſignificatũ immediatè vnit ſubiecto, de quo prædicatur.

Arg. 3. ad idem. Contra, ſi hoc eſſet verum in hac enuntiatione homo eſt ens, cõmitterẽtur nugatio (quę eſt eiuſdẽ rei, vel dictionis inutilis repetitio) patet, nam homo eſt, idem valet, quod homo eſt ens. Reſpondetur negãdo ſequelam, nã in propoſito caſu, illa propoſitio iam eſt reſoluta: & ita licet quoad vocem videatur de tertio adiacenti, non tamen eſt niſi de ſecundo adiacenti, quod ex eo conſtat, quòd quantum ad ſignificationem identificatur cum ea, quæ eſt de ſecundo adiacenti.

Dubitatur. 2. in ordine. Ex dictis ſoluitur aliud dubium: quo ſolet inquiri an detur in mente verbum adiectiuum? ideſt, an detur vnicus cõceptus vltimatus, ſimplex, cui ſubordinetur verbum adiectiuum? quod communiter negãt Summuliſtæ (ne dicam ſophiſtæ) ſed dicunt quod hæc propoſitio, Petrꝰ amat, ſubordinetur huic de verbo ſubſtantiuo, & participio eiuſdẽ verbi adiectiui, Petrus eſt amans: ſed quidem falſo dicitur, & cõtra Ariſtotelem in antepræd camẽtis dicentem, verbũ adiectiuum eſſe terminũ incomplexum; cum ergo ratio termini debeat attendi penes conceptum, cui ſubordinatur, cõſequenter neceſſariò docet, quòd illi etiam correſpondet conceptus ſimplex. Vnde dico, quòd adiectiuũ, ſicut in voce, ita & in mente eſt incõplexũ, aliter eſſet cõtra Ariſtot. dicẽtẽ, adiectiuũ eſſe verè verbũ, quod, ſi cõplexũ eſſet, illi non cõueniret. Adde etiã, quia alioquin omnis propoſitio deberet eſſe de verbo ſubſtãtiuo, quod eſt abſurdũ.

Dubitatur. 3. in ordine. Vltimò dubiũ ſolet eſſe, an verbum poſſit infinitari? quod quidẽ nõ inquiro de verbo extra propoſitionẽ per ſe ſumpto ſic enim, inquit Philoſophus, quòd nomina ſunt, quod intelligẽ quantũ ad ſignificationẽ, nã ſicut nomen per ſe ſumptũ, licet ſignificet aliquid, non tamen verũ vel falſum, niſi ſimul cũ verbo eſt, vel nõ eſt: ita etiã verbũ per ſe ſumptum ſine nomine nec ſignificat verũ vel falſum: ſicut autem ſupra dixi omne nomẽ poſſe infinitari, cõſequenter dico de verbo: ſolùm ergo dubiũ poteſt eſſe de verbo in ipſa propoſitione, an inquam valeat infinitari?

Quidam

habenda, verbum autem nec quoad primum, nec quoad ſecundum, nec quoad nil, poteſt infinitari.

CAPVT IIII.
De oratione.

ORationis partibus (nomine, ſcilicet, & verbo) pro audientium captu, & facilitate procedēdi, explicatis, quid ipſa oratio ſit venit explicādum. Oratio vocalis cōmuniter definitur, quod ſit vox ſignificatiua ad placitū, cuius partes per ſe ſunt ſignificatiuæ ſeparatæ. verbi cauſa, homo albus : ſed profecto quid ipſa orationis ratio, & eſſentia ſit in communi, non dicunt authores.

Impugnatur definitio orationis.

Eſt ergo oratio (vt mentalē, vocalem & ſcriptam comprǣhendam plura ſigna congruè ſe habētia, hoc eſt terminus cuius partes per ſe ſunt ſignificatiuæ. vt docuit Ariſt. 1. de interpræt. vt homo currit. dum dico, terminus, congruitatem, & ordinem, quē inter ſe ſigna debent ſeruare oſtendo. Vnde re idem ſunt terminus cōplexus, & oratio, ratione vero ſecernūtur: quia habent ſe ſicut ſuperius & inferius: quicquid enim eſt terminus complexus oratio etiam eſt: non tamen è contra, quia oratio genus eſt poſitionis: ſecus autem terminus complexus, vt infra magis. Vnde infertur, quod nomē cōpoſitæ figuræ, non eſt oratio, quia partes eius licet ſint ſignificatiuæ: i. e. pater familias: tamen non ſignificant in ordine ad tōtum.

Definitio authoris.

Duplex autē eſt oratio, alia perfecta, quæ, inquam, perfectum ſenſum generat in intellectu cognoſcentis, qua cognita eius animus quieſcit, nec amplius deſiderat, vt homo currit: tales ſunt in rigore omnes indicatiui, ſubiunctiui, & nonnullæ optatiui. Imperfecta vero oratio è contra dicitur, quę imperfectū ſenſum generat in intellectu cognoſcentis, vnde nec quieſcit, ſed amplius deſiderat, vt cum currerem.

Oratio duplex eſt.

Dices tamen primo, nullum complexū poteſt definiri, oratio quid complexum eſt: non ergo bene definitur. Reſpondetur diſtinguendo maiorem: licet enim complexum cōplexe ſumptum non poſſit definiri, bene tamen ſi incomplexe ſumatur, id eſt pro vt partes vniūtur inter ſe, & reſultat vnum, ſicq; intelligenda eſt definitio orationis, quę incomplexè deſcribitur.

Impugnatur definitio 1.

Secundo, quicquid ſignificat habet determinatū, & proprium ſignificatum, præcipuè, quæ ad placitum, & ex inſtitutione

Arguitur. 2.

tione ſignificant: ſed oratio nō habet proprium ſignificatum, cum ſignificatio illius ſit ſuarū partiū, ergo male dicitur quod ſit ſignum.

Reſpondetur, quòd licet ſignificatio orationis ſit ſuarum partium cauſaliter, ideſt cauſatur ex ſignificatione partium, formaliter tamē habet propriū ſignificatū, quod ſuarum partium, vt vnitæ ſunt eſt.

CAPVT V.
De propoſitione.

NOn multū in hac re ſolent authores, ſtatim explicata oratione agere de modo ſciendi, definitione, ſcilicet, diuiſione, & argumētatione, quę ſunt ſpecies orationis: quia tamen argumētatio propoſitionibus conſtat, & propoſitio etiam eſt pars ſubiectiua orationis, eiuſq; ſpecies: priùs viſum eſt de illa nonnulla dicere antea: quod & Ariſtoteles fecit hoc ordine 1. de interp. cap. 4. etiam recentiores. Eſt ergo propoſitio oratio verum vel falſum ſignificans, vt homo eſt animal, vox oratio, eſt genus ad orationes, quę ſunt propoſitiones, & quę non ſunt propoſitiones: quales ſunt omnes aliorū modorū ab indicatiuo, à quibus diſtinguitur per ſignificare verū vel falſum, quæ ſunt differentiæ in propoſitionis definitione.

Villalp. 1. Sum c. 3. Tolet 16. Mer. lib. 2. c. 5 Fonſ. li. 3 c. 3. Tite. c. 5. infra Soto. 2. lib. cap. 5 Propoſitio quid.

Pro quo aduerte, quòd veritas vel falſitas in tribus reperitur, in ipſis rebus, in intellectu & vocibus: diuerſimodè tamē, nam in rebus, ſolùm eſt fundamentaliter veritas, ideſt, radicaliter, nam penes ipſas res attenditur, & menſuratur veritas intellectus: ſicq; intellige Ariſtotelem 4. cap. prædicamentorū dicente, ab eo quod res eſt, vel non eſt, dicitur propoſitio vera vel falſa. In intellectu autem veritas eſt formaliter, ideſt, eſt aſſenſus verus vel falſus, & ſic alibi docuit, quòd veritas eſt adequatiò rei ad intellectū. Tandem in vocibus veritas eſt, tanquam in ſigno ſunt namq; voces, teſte Philoſop. 1. de interp. primò. eorum, quę ſunt in animo paſſionū notę, ideſt ſigna. vnde primo ſignificant conceptus, deinde res, tamen principaliùs res: quia propter vnum quodq; tale, & illud magis, quod, libro, perihermenias magis examinabitur: iam ergo ſignificare propoſitionem verū, eſt ſignificare rem vel modum eius, vt eſt vel non eſt in ipſa re, & ſignificare falſum, è cōtra eſt, repræſentare rem vel modū eius, aliter, quàm eſt vel non eſt in ipſa re.

Veritas in tribus reperitur

Vnde prima diuiſione propoſitio alia eſt vera, alia eſt falſa.

1. Diuiſio propoſitionis.

ſa. Vera, quæ rem vel modum eius, vt eſt in ipſa re, ſignificat, vt homo eſt riſibilis, falſa, quę, rem vel modum eius, aliter, quàm eſt in re, ſignificat, vt homo eſt lapis.

2. Diuiſio propoſitionis. Secunda diuiſione, vtraque propoſitio, tam vera quàm falſa, duplex eſt, alia affirmatiua, alia negatiua: vel vt Ariſtoteles loquitur, alia affirmatio, alia negatio. Affirmatiua dicitur, in qua prædicatum affirmatur de ſubiecto, vt homo eſt animal: negatiua verò è contra, in qua negatur, id eſt, remouetur à ſubiecto, vt homo non eſt lapis. voco ſubiectum de quo aliud dicitur, vt homo, de quo dicitur animal: prædicatum verò, quod dicitur de alio, vt animal, quod dicitur de homine.

3. Diuiſio propoſitionis. Rurſus vtraque propoſitio tam affirmatiua, quàm negatiua, duplex eſt, alia eſt propoſitio vna, quæ, ſcilicet, vnam rem tantùm ſignificat, vt homo eſt albus: alia vero eſt propoſitio plures, quæ plures importat, vt Sortes diſputat, & Plato audit. Similiter propoſitio vna: alia eſt vna voce, & ſignificatione ſimul: alia verò eſt vna coniunctione tantum, quæ ſcilicet vna ſola coniunctione conſtat, aut etiam vnica diſiunctione: exemplà patent.

4. Diuiſio propoſitionis. Præterea propoſitio plures quadruplex eſt, alia, quæ pluribus propoſitionibus non connexis conſtat. vt A. diſputat, B. ambulat C. diſputat. Secunda, quæ conſtat ſubiecto vel prædicato æquiuoco, vt canis latrat, latrat canis: alia, quæ pluribus ſubiectis cōſtat, vt A. B C. currit: quarta è contra, quę pluribus prædicatis conficitur, vt currit A. B C.

Vnde oritur præcipua quarta diuiſio propoſitionis: alia in quam eſt ſimplex, ſeu cathegorica: alia compoſita, ſeu hypothetica: cathegorica, ſeu ſimplex, vel etiam prędicatiua, dicitur, quæ conſtat ſubiecto, & prædicato tanquàm partibus proximis, verbi cauſa, homo eſt animal, vox proximis dicitur ad differentiā hypotheticę, quæ licet ſubiecto & prędicato conſtet, cum ſit & ipſa propoſitio: illis tamen conficitur, non vt partibus ſui, ſed vt partibus cathegoricarum, quibus conflatur. Vnde hypothetica dicitur propoſitio, ſeu compoſita, quæ pluribus cōſtat cathegoricis, vt Petrus currit, & Ioānes loquitur. Hac pro nunc relicta in ſuum locum, & eius diuiſione (poſteà namq; in 4. li. de ea iterū redibit ſermo) Cathegorica, ſeu ſimplex, quadruplex eſt, vniuerſalis, particularis, indefinita, & ſingularis, de quibus ſtatim ſequenti capite.

5. Diuiſio propoſitionis.

Multa profectò circa dicta ſe offerebant diſputanda, tantùm tamen, quæ facilia, & neceſſaria ſunt præſenti reſolutioni apponam, de hoc enim latiùs libro de iterpretatione dicam in Logica.

Dubitatur. 1. circa dicta. Primo ergo dubitatur breuiter, an data definitio enuntiationis detur in communi de omni propoſitione, & an ſit illa ratio illius? ratio dubitãdi, quia data deſcriptio potiùs eſt diuiſio propoſitionis in veram & falſam Reſpondetur hanc definitionem ſolùm eſſe deſcriptiuam, ita non datur per verum, & falſum formaliter, & ratione ſui, cum etiam prius habeat propoſitio, quòd ſit affirmatiua vel negatiua, vnde cõſequitur, quod verum vel falſum ſignificet, quia tamẽ caremus vocabulo, quo explicemus id, quod commune eſt affirmationi, & negationi, ideo vtimur illa diſiunctione, in qua ſemper ſubintellige aliquid commune affirmationi & negationi, vero etiam & falſo. Cum hoc

Alia definitio propoſitionis ex authore. tamen poſſet in cõmmuni ita definiri. Propoſitio eſt oratio perfecta ſignificans rem eſſe, quod eſt, &c. ita quod per hãc particulam rem eſſe, intelligantur non ſolùm rationes poſitiuæ, ſed etiam negatiuæ & priuatiuæ, nã ſicuti homo eſt animal, ita etiam ſuo modo eſt cęcus, & nõn equus: quod & Albertus multoties facit, præſertim dum ponit (licet male quã tum adhoc) obiectum Phyſicę ens mobile, ad quod reducit quietem, quæ eſt priuatio motus, quod dixerim propter literatos. Adde, quod illa membra eſſe, vel non eſſe, aut verũ vel falſum non intelliguntur in ſenſu compoſito conuenire definito: id eſt ſimul, & ſemel, ita vt vnamet enuntiatio ſit affirmatiua & negatiua, ſed ſolùm volumus oſtendere in enuntiatione, indifferentiam quandam, & potentialitatẽ adhoc, vt modo ſit affirmatiua, modo negatiua (ſicuti cũ dicimus animal eſt corpus rationale, & irrationale, non eſt ſenſus, quod animal in actu exercito ſit vtrũq; ſed quod habeat illam potẽtialitatem ad hoc, quod per reſtrictionem, modo ſit rationale, modo irrationale: irrationale autem etiam ponitur loco differentiarum poſitiuarum, quas ignoramus (ſed de hoc, cap. de differẽtia latè in Logica) ideſt ad hanc eſſentiam propoſitionis conſequitur, vt paſſio, veritas vel falſitas, patet, nam ab eo, quod res eſt vel nõ eſt, propoſitio dicitur vera vel falſa: quomodo autẽ conſequantur illam. 1. de interpretat. cap. 4. dico. Vbi etiam quales ſint diuiſiones omnes factæ, analo-

NOTA.

gæ,

gæ, inquam, vel vniuocæ, appetitur fuſſiùs, & per dicta, multa ſophiſmata ſoluuntur.

Argui tur cõtra dicta.

Dices cõtra, ſi ſit ſcriptum, hæc propoſitio eſt falſa, talis propoſitio copulatiuè, ſimul eſt vera & falſa: ergo doctrina eſt nulla: antecedẽs patet, quia in primis falſa eſt, quia ipſa dicit: rurſus eſt vera, quia illa eſt talis, quæ ſignificat rem ſicuti eſt, ſed hæc ſignificat ſic rem eſſe ſicuti eſt, vt pote falſitatẽ ipſam, ergo eſt vera.

Reſpondetur, quòd talis ſolùm eſt falſa: illa autem ſignificans rem eſſe ſicuti eſt: veram iudicamus, dum talis non ſignificet falſitatem, ideſt non ſignificet eſſe falſam, quia tunc falſa erit, verũ enim, ſicuti, & bonum, ex integra cauſa, falſum verò ex quocunque defectu, prouenit.

Dubitatur. 2.

Dubitatur ſecundò. Vtrum propoſitio ſimplex ſubordinetur ſimplici conceptui? primò videtur quòd ſic, quia ſecundum Ariſtotelẽ ſignificat vnũ: ergo habet vnum conceptum.

Soto hic

Aliqui affirmãt. Hic tamen nõ oportet exactè traddere veritatem: ſat eſt dicere, quòd ſecũdum Ariſtotelem, & veritatem, pluribus conceptibus ſubordinatur, eſt enim oratio: habet ergo partes ſignificatiuas ſeparatas, non ſolùm in voce, ſed etiam in mente, Logicus enim agit de vocibus in ordine ad conceptus; vt ſupra dicebam cap. de termino complexo, & ad Ariſtotelem reſpõdetur, veriorem translationem habere: ſignificat vnũ de vno, vel ſecundò, quòd Ariſtoteles tantùm vult ſignificare vnum: ideſt plura vnita, vel vnam veritatem vel falſitatem.

Dubitatio. 3. Soto.

Dubitatur tertio. Vtrùm duæ negationes affirment? aliqui affirmant. Reſpondetur tamen ſolùm virtute affirmare, ſed non formaliter, quia negationes ibi (ideſt in propoſitione) exercent ſuum propriũ munus, quia concipiuntur, vt negationes, ideo autem æquiualent affirmationi, non quia non negent, ſed quia vna negat copulam, & altera negat negationem copulę: negare verò copulam, & negationem copulæ, eſt formaliter negare, & ſolùm virtute affirmare.

Dubitatur. 4. Vna propoſitio verior eſt altera.

Dubitatur quarto & vltimò. An vna propoſitio ſit verior altera? Reſpondetur quòd ſic: illa autem eſt uerior, quæ plures cauſas habet ſuæ veritatis, & connexionis extremorũ, prędicati, ſcilicet cum ſubiecto: illa autem habet plures cauſas veritatis, quæ habet plures cauſas entitatis (ens enim, & verum, conuertuntur) & tandem illa habet plures cauſas entitatis, quæ plures habet ſui

 eſſe,

eſſe. Vnde propoſitio hæc fidelis, & omni acceptione digna, Deus eſt trinus & vnus, verior eſt hac, ego ſcribo, cùm in infinitum plures habeat cauſas ſuæ connexionis. Vnde verior eſt, non ſolum obiectiuè, ratione perfectioris entitatis, ſed formaliter, ratione connexionis maioris ſubiecti & prędicati, vt dicebam in principio huius cap. Vnde fit, quòd propoſitio quæ ſemel eſt vera ſemper eſt vera, & è contra, quæ ſemel eſt falſa, ſemper eſt falſa.

CAPVT VI.

De quantitate propoſitionis ſpeciatim.

ESſentiã propoſitionis, quædam veluti paſſiones, & accidentia conſequuntur: inter quæ præcipuum eſt quantitas & qualitas, de quibus in præſentiarum pauca ſunt dicenda. Simplex ergo propoſitio ſecũdum quantitatem (quæ eſt ſuppoſitio vel extenſio ſubiecti ad ſtandum, pro pluribus vel paucioribus quadruplex eſt (vt ſupra dicebam) alia vniuerſalis, quæ conſtat ſubiecto communi ſigno vniuerſali affecto, vt omnis homo eſt animal: alia particularis, quæ conſtat ſubiecto communi ſigno particulari affecto, vt hic homo eſt albus: alia indefinita, quæ cõſtat ſubiecto communi nullo ſigno affecto, vt homo currit: alia tandem ſingularis, quæ ſcilicet conſtat ſubiecto ſingulari nullo ſigno affecto, vt Sortes ambulabat, cuius numeri ſufficiẽtia tali pacto colligitur: aut ſubiectum propoſitionis, eſt terminus ſingularis, vel communis: communiter acceptus.

Propoſitio ſecũdum quãtitatem quadruplex eſt.

Vnde patet, quòd quantitas propoſitionis attenditur penes ſubiectum & ſignum. ſubiectum voco, de quo aliud dicitur: & prædicatum, quod dicitur de alio, verbi cauſa, in hac enuntiatione homo eſt albus, homo eſt ſubiectum, quia de eo dicitur albus, at album prędicatum eſt, quia dicitur de homine.

Sed notandũ, quòd ſubiectũ eſt duplex: aliud prędicationis, ſcilicet, de quo aliud dicitur: aliud verò diſtributionis, quod ſcilicet diſtribuitur, & in fronte propoſitionis ſtatim apparet, verbi cauſa in hac propoſitione, cuiuslibet hominis equs eſt animal, vox equs ſubiectum eſt prædicationis, quia de eo dicitur animal, at vox hominis eſt diſtributionis, quod, vt patet, diſtribuitur, primoq; apparet in fronte propoſitionis: quantitas ergo propoſitionis penſanda eſt penes ſubiectum

diſtributionis, quando illud fuerit.

Signum tuplex eſt.

Secundò ſciendum, quòd ſignum eſt triplex, aliud vniuerſale, quod reſoluitur copulatiuè, verbi cauſa, omnis homo eſt animal: ergo & hic homo eſt animal, & hic homo eſt animal, &c. Aliud verò eſt particulare, quod, inquam, reſoluitur diſiunctiuè, verbi cauſa, quidam homo eſt albus: ergo, vel hic homo eſt albus, vel hic homo eſt albus, &c. tandem aliud eſt in complexum, quod partim diſiunctiuè, partim copulatiuè reſoluitur, vt vterq;, neuter, alter, &c. de quibus infra ſuis locis.

Tertiò aduerte, quòd ſignum, aut cadit ſupra extremum, aut ſupra totam propoſitionem, primum contingit quando vis eius cadit ſupra extremum, ſecundum quando eius vis ſupra totam ipſam propoſitionem. Habeas tamē certum, quòd ſemper, quòd ſignum ponitur à parte prædicati (intellige ſecundum ſenſum, non tamen ſitum materialem dictionum) vt animal eſt omne rationale, aut in medio ſubiecti complexi, verbi cauſa, hominis cuiuslibet equs eſt animal, tantùm verbi vis extremo alligatur: quouis alio modo inueniatur in propoſitione, eius vis cadit ſupra totam propoſitionem: Attenditur ergo quantitas propoſitionis penes ſubiectum diſtributionis, & penes ſignum, cuius vis cadit ſupra totam propoſitionem.

Quomodo differũt indefinita & conditionalis.

Dubitabis forſam: quæ differentia ſit inter propoſitionem indefinitam, & particularem? ratio dubitandi, quia ambæ reſoluuntur diſiunctiuè. Dicendum eſt, quòd doctrinaliter in ſcientiis, propoſitio indefinita æquiualet vniuerſali, quia tunc prædicatum eſt eſſentia ſubiecti vel paſſio ab ea dimanans: vnde idem eſt dicere, homo eſt rationalis, ac ſi diceres omnis homo eſt rationalis. Similiter homo eſt riſibilis huic æquipollet, omnis homo eſt riſibilis, quòd ſi prædicatum accidens fuerit, æqualis eſt cum particulari, vt homo eſt albus: ergo, vel hic homo, vel hic homo, &c.

Cap. VII. *De qualitate* propoſitionis.

Propoſitio alia affirmatiua alia negatiua

QVantū verò ad qualitatē duplex eſt propoſitio, affirmatiua altera, in qua prædicatum affirmatur de ſubiecto, vt A. eſt B. negatiua atera, in qua prædicatum remouetur à ſubiecto, vt A. non eſt B. vnde affirmatio, vel negatio propoſitionis, attendenda eſt penes copulam, & non penes

ſubiectum vel prædicatum: copula namque, vtriuſque importat connexionem. Nec mireris, ſi præcedenti capite priùs de qualitate, quàm de quantitate, dixerim: hic verò priùs explicem quantitatem, quam qualitatem, quia ibi ſeruabam ordinem communiorem diuiſionis, rationis communis propoſitionis, quã quodammodo qualitate explicabam, hic verò diuiſam, tã membra diuidentia quãtitatis, quã qualitatis explico inter ſe comparata: ſicuti, & quantitas in cõmuni prior eſt qualitate (de quo ſuo loco ſatis.)

Aduerte tamen, quòd quandoq; contingit eſſe plures copulas in propoſitione, altera tamen eſt magis principalis, quæ ſcilicet dicit compoſitionem: altera verò minùs, quæ in rigore non eſt copula, quia ſemper fit pars extremi, vt Petrus, qui diſputat, eſt homo: qualitas ergo debet attendi penes copulam præcipuam, quæ, ſi negata fuerit, propoſitio etiam erit negans, & è contra.

Secundò aduerte, quod, quãtum attinet ad negationem, dictum eſt cap. de verbo, qualiter duę negationes virtute, affirment: ſed conſiderandũ maximè, quòd negatio aliquando efficitur pars extremi: cum ſcilicet eius vis, cadit ſupra ſubiectum vel prædicatum: aliquando verò cadit ſupra totam propoſitionem, ſcilicet cum vis eius cadit ſupra copulã, vt copula eſt: tunc autem ſolùm cadit ſupra extremum, quãdo ſumitur infinitanter, vt non homo eſt animal, vel cũ ponitur à parte prædicati, vt animal eſt non rationale, vel tandem cum ponitur inter partes ſubiecti cõplexi, verbi cauſa, cuiuslibet hominis non equus eſt animal: quolibet alio modo ſumatur cadit ſupra totam propoſitionem, quæ cum ſit malignantis naturæ deſtruentis quicquid poſt ſe inuenit, ponentiſq; oppoſitum, ſolùm ſic ſufficit negatiuam reddere propoſitionem.

Negatio aliquando efficitur pars extremi.

Dices tamen. Oratio, in qua non eſt compoſitio prædicati cum ſubiecto, non eſt propoſitio: ſed in negatiua verbi cauſa, Petrus non eſt lapis prædicatũ remouetur à ſubiecto, ergo etiam remouetur compoſitio prædicati cum ſubiecto, ac cõſequenter negatiua nõ eſt propoſitio.

Arguitur cõtra dicta.

Propter hoc argumentum multa dicuntur ab authoribus communiter, quod longũ eſſet, & vanum recenſere. Dicendum tamen, quòd non remouetur compoſitio prędicati cũ ſubiecto abſolutè, ſic enim profecto bene probaret argumentum,

Reſpondetur.

mentum, quòd non eſſet propoſitio: ſed ſolùm remouetur compoſitio affirmatiua, loco cuius ponitur negatiua compoſitio: remouendo enim prædicatum à ſubiecto quodammodo illud vnit, non poſitiuè, bene tamen negatiuè: quæ virtute eſt affirmatiua, affirmatur enim in negatiua, remotio prædicati cum ſubiecto, & hoc eſt, quod dicitur de negatione, quòd oppoſitum reddit, non omnino tollit, ſed tollẽdo vnũ, alterum ponit.

CAPVT VIII.

De ſuppoſitione in communi.

NOTA. QVia, ſicut docet Philoſophus, quemadmodũ, qui calculis rationem ſubducunt, niſi ſciãt, quid ſuo loco valeãt calculi, facilè conuintiũtur: ſic etiam qui diſputãt, nullo negotio capientur, niſi cognoſcant pro qua rę earum, quas nomen ſignificat, ſupponat, ac ſubſiſtat, & quo pacto, an ampla ſit, an ſtricta verborum acceptio? de quibus, quia præcipuè terminis in propoſitione exiſtentibus (vt ſupra dicebam) cõuenit, in præſentiarum diſputabimus, quorum quidem cognitio modicè hauſta, pręteꝛmiſſis commentis (ne dicam fictionibus) quæ de his ſcripta ſunt quàm plurima, non parum bonis literis affert emolumenti. De quibus Ariſtoteles in paruis Logicalibus, inter omnes autem prima eſt ſuppoſitio, quod nomen, quia æquiuocũ eſt primo diuidentes ſolet ſumi, pro eo, quod eſt ſub alio poſitio, de quo nil ad nos: ſecũdo vſurpatur, vt ſit idem, quod pro alio poſitio, ſicq; communiter, & bene (quicquid moderni cartapaciſtæ doctrinæ Ariſtotelis inuerſores) definitur, quòd ſit acceptio termini pro aliquo, de quo verificatur, vt homo ſupponit cum dico homo eſt animal.

Quid ſit ſuppoſitio.

Pro quo aduertẽdum, quòd hæc tria ſuppoſitio, ſignificatio & verificatio differunt, nam ſuppoſitio ſupponit ſignificationem, quicquid enim ſupponit, ſignificat non è contra, termini enim extra propoſitionẽ ſignificant, non tamen ſupponunt, eſt enim ſuppoſitio, vt dictum eſt, acceptio, ſiue vſus termini pro re. Vnde Ariſtoteles 1. Elenchorum dicebat, quia res ad ſcholas adducere non poſſumus, vtimur terminis pro rebus. Adde, quòd extra propoſitionem, cum non ſit veritas vel falſitas, etiam non eſt verificatio, quã petit ſuppoſitio. Similiter ſupoſitio & verificatio diſtinguntur, multoties

Differũt ſignificatio ſuppoſitio & verificatio.

enim terminus verificatur de re, pro qua non ſupponit. verbi cauſa in hac propoſitione A. eſt B. homo eſt animal, vox B. verificatur de A. & vox animal de homine, pro quo non ſupponit, aliter eſſet identica A. eſt B. & homo eſt animal, licet ergo ſuppoſitio, verificationẽ, & ſignificationem petat, neutrum illorum eſt, ſed ſolũ vſus termini pro re modo dicto.

Secundo aduerte, quod verificari idem eſt; quod vere affirmari ſecundum exigentiam copulæ, ideſt ſecundum differentiam temporis importatam per copulam. Vnde liquet clarius totius definitionis ſenſus, ſuppoſitio eſt acceptio, ideſt vſus termini pro aliquo alio à ſe, ſiue pro ſe ipſo, de quo verificatur, ideſt de quo vere affirmatur ſecundum exigentiã copulæ propoſitionis: ita vt res, pro qua accipitur terminus, vere exiſtat in certa temporis differentia, quam copula conſequitur, verbi cauſa, in hac, Adã fuit: vox Adam ſupponit, quia res ſignificata per illum extitit in tempore, quo dixit copula: è contra verò Adam eſt non ſupponit ratione contraria.

Senſus definitionis ſuppoſitionis.

Ad verificationem verò debet ſeruari eadem ſignificatio, reſtrictio, ampliatio, & appellatio: quod infra latiùs diſſentitur. Vtrùm verò acceptio rei ſit, quid diſtinctum ab ipſo termino, nec ne? diluat Metaphyſicus.

CAPVT IX.

De ſuppoſitionis partitione.

AD capiendam verò ſuppoſitionis partitionem, multiplicemq; illius diuiſionem. Tertio in ordine conſidera, quod terminus poteſt conſiderari, vel in ordine ad ſuum ſignificatum vel in ordine ad copulam, vel tandẽ tertio in ordine ad ſignũ, quo afficitur, &c.

Secundum hanc triplicem cõſiderationem, ſuppoſitionis diuiſio colligitur. Primò ergo termini in ordine ad ſuum ſignificatum: ſuppoſitio duplex eſt: alia propria, ideſt acceptio termini pro re, quã propriè ſignificat: ſic ſupponit vox leo in hac, leo eſt animal rugibile: alia verò eſt ſuppoſitio impropria, ideſt affectio termini pro re, quam impropriè ſignificat, vt leo in hac: vicit leo de tribu Iuda, &c.

Suppoſitionis. 1. diuiſio.

Suppoſitio rurſus impropria duplex eſt, alia eſt impropria, ideſt acceptio termini pro re, quam impropriè & figuraliter ſignificat, vt contingit in omnibus Rethoricis loquutionibus; cuius ſpecies multæ ſunt. Alia

Suppoſitionis. 2. diuiſio.

eſt ſuppoſitio impropria materialis, nempe acceptio termini pro re ipſa, verbi cauſa, Blyctiri, in hac, blyctiri eſt vox.

Arguitur cõtra dicta. Sed dices voces in propoſitione hoc habent proprium, quòd poſſunt accipi tanquam proprium nomen ſui: ergo ſupponunt propriè pro ſe.

Propter hoc argumentum aliqui tenent, quòd materialis ſuppoſitio eſt propria: ſed contrarium iudico probabilius, eſt enim ſuppoſitio propria, acceptio termini pro re, quam propriè ſignificat, terminus autem non propriè ſignificat ſe, cum nihil ſit ſignum ſui ipſius. Ad argumentum ergo nego conſequentiam, & eſt inſtantia, nam in hac propoſitione, Philoſophus credidit mundũ fuiſſe æternum, vox Philoſophus accipitur tanquam nomẽ proprium Ariſtotelis: & tamen nõ licet inferre, ergo pro Ariſtotele propriè ſupponit, vt contrarij fatetur: illa ergo diuiſio impropria eſt ſuppoſitionis, in materialem, & in impropriam, & ſicuti illa, qua diſpoſitio in communi, in diſpoſitionem, & habitum partitur cap. de qualitate. Vnde terminus non ſignificatiuus in propoſitione exiſtens, & qui afficitur ſigno materialitatis, quale eſt hic terminus hęc vox, &c. & tandẽ quãdo prædicatum in propoſitione vera, & affirmatiua non cõpetit rei ſignificatæ per ſubiectum, ſupponit materialiter: verbi cauſa, in hac, homo eſt nomen: talia enim ſunt ſubiecta, qualia permittuntur, ab eorum prædicatis.

Impugnatur ſententia Soti.

Pręterea ſuppoſitio propria duplex eſt: alia ſimplex, alia perſonalis: ſuppoſitio ſimplex eſt acceptio termini pro re, quam primo, & per ſe, atq; formaliter ſignificat: vt in hac, homo eſt ſpecies, ly homo. Pro quo aduerte, quòd terminus communis non ſolùm ſignificat naturam in communi, & vniuerſalem, ſed etiam indiuidua contenta ſub tali natura, differẽter tamen: nam naturam in cõmuni primò ſignificat: ſecundariò verò indiuidua: verbi cauſa vox homo primò naturam humanam: ſecundò verò indiuidua, vt pote Sortem, & Platonem: ſicuti album, & importat ſubiectum, & albedinem, primò tamen albedinem, vt ſupra dicebam capite de termino cõnotatiuo: ſic ergo intellige definitionem datam, quòd terminus ſupponit ſimpliciter, quando accipitur pro re, quam primo, formaliter, & præciſsè ſignificat. Vnde vox homo, in hac homo eſt animal nõ ſupponit ſimpliciter, quia licet ſupponat pro natura humana nõ tamen præciſsè: quia etiã accipit pro

Suppoſitionis diuiſio 3.

 ſecun-

ſecũdario ſignificato proprio, ſcilicet pro indiuiduis: dixi proprio, quia etiam habet aliũ ſecũdarium improprium, ſcilicet mortuum, de quo nihil in præſenti.

Suppoſitionis diuiſio. 4. Deinde alia ſuppoſitio propria perſonalis, hoc eſt, acceptio termini pro ſuis indiuiduis, vt vox homo in hac omnis homo eſt albus.

Obſeruandum tamen maximè vniuerſaliter circa ſuppoſitionem ſimplicem, quòd propoſitiones ſubiecti ſupponentis ſimpliciter, ſunt ſingulares quantum ad modum enuntiandi: quia terminus communis ſumitur ibi pro vnica natura ſolùm, vt dictum eſt: ita vt nõ liceat fieri aſcenſus, vel deſcẽſus. hæc autem ſuppoſitio ſimplex maximè vtilis eſt, & neceſſaria: quia nullam ſcientiam capere poſſumus perfectè, niſi vtamur ſimplici ſuppoſitione terminorum: quia cum quælibet ſcientia vniuerſalium, ſit, quę in corruptibilia ſunt, & non ſingulariũ, quę corruptibilia neceſsũ eſt, vt accipiamus ſubiecta earũ ſimpliciter, vt dicendo, argumentatio eſt obiectum Logicæ: nec valet de illa argumentatione datur ſcientia, ibi enim committitur fallacia figuræ dictionis.

NOTA.

Suppoſitionis diuiſio. 5. Secundo aduerte, quòd talis ſuppoſitio eſt triplex: alia termini communis poſiti à parte ſubiecti, vt homo eſt ſpecies: alia termini cõmmunis poſiti à parte prędicati, vt animal, in hac homo eſt animal: tertia eſt termini cõmnnis poſiti poſt dictionẽ excluſiuam, vt vox homo in hac omne animal pręter hominem eſt irrationale, non ideo ſequitur omne animal, ergo præter hunc hominem eſt irrationale: arguitur enim à ſuppoſitione ſimplici ad perſonalẽ: quòd vero prędicatum propoſitionis affirmatiuæ, ſimpliciter ſupponat, patet, quia ſecundũ Ariſtotelem, hæc eſt vera, Omniũ oppoſitorum eadẽ eſt diſciplina: quæ tamen eſſet falſa, niſi prædicatum ſupponeret ſimpliciter pro diſciplina in cõmuni, quia nulla particularis diſciplina eſt omniũ oppoſitorum, eadem medicina enim eſt ęgri, & ſani, Dialectica verò veri & falſi. Vltimo, ſuppoſitio ſimplex alia eſt per priuationẽ ſignificati à ſuppoſitis, alia vero, quæ non excludit omnino ſuppoſita, ſed tantum determinata, quæ diuiſio colligitur ex Petro Hiſpano.

Suppoſitionis diuiſio. 6. Secundo, conſiderando terminũ in ordine ad coppulam, ſuppoſitio perſonalis duplex eſt: alia naturalis, alia accidẽtalis: naturalis eſt acceptio termini pro omni ſuo ſignificato, tã pręſenti, quã præterito, imò, & futuro,

futuro, & poſſibili: quod cótingit quando verbũ abſoluitur à tempore: verbi cauſa homo eſt animal rationale. Accidentalis vero ſuppoſitio eſt acceptio termini pro his ſolũ, de quibus verificatur ſecundũ exigentiã copulę: vt in hac, omnis homo eſt albus: quod contingit quando prędicatũ accidit ſubiecto. Itẽ accidentalis, alia eſt cõmunis, ideſt acceptio termini commu nis: alia ſingularis, ideſt acceptio termini ſingularis, exẽpla patent.

Suppoſitionis diuiſio. 7. & vltima. Tandem termini conſiderati in ordine ad ſignũ, quo modificatur: ſuppoſitio cõmunis duplex eſt: alia determinata, alia cõfuſſa. Pro quo aduerte, quòd ſigna ſunt in triplici differentia, alia ſunt pure affirmatiua, vt omnis quidam, alia pure negatiua, vt nullus, nemo, nõ, aliaq; ſunt mixta, quæ partim affirmatiua, partimq; negatiua ſunt: vt ſunt omnes dictiones excluſiuæ, tantũ ſolùm, prę ter quæ reſoluũtur partim negatiuè, partim affirmatiuè, vt tantũ homo eſt animal, ideſt, homo eſt animal, & nihil aliud ab homine eſt animal. Prætereà quædam ſunt pure vniuerſalia, vt omnis, quicunq;, null⁹: alia pure particularia, vt quidã, quidam non, alia mixta, vt vterq;, neuter, alter, cõmune eſt autẽ omni ſigno, quod nõ tranſit vltra propoſitionẽ, cuius eſt pars: & quod ſicuti negatio, ita uis termini ſolũ cadit ſupra terminos conſequentes, nõ ſupra antecedentes.

Explicatur ſuppoſitio determinata & cõfuſſa. Iã ergò ſuppoſitio determinata, eſt acceptio termini communis nullo ſigno, vel particulari affecti: vt homo currit, quidã homo currit. Suppoſitio verò cõfuſſa, eſt acceptio termini cõmunis affecti ſigno vniuerſali, vt omnis homo currit, quę duplex eſt, alia confuſſa tantũ, ideſt acceptio termini communis ſigno vniuerſali affirmatiuo mediatè affecti, vt vox animal, in hac omnis homo eſt animal, cõfuſsè ſupponit: alia verò eſt cõmunis diſtributiua, ideſt acceptio termini cõmunis ſigno vniuerſali affirmatiuo immediatè affecti, vel ſigno vniuerſali negatiuo mediatè vel immediatè affecti, vt vox homo, in hac omnis homo currit & vox homo, & lapis, in hac nullus homo eſt lapis.

Solet addi ſuppoſitio cõfuſſa & copulata, qua ſupponit nomen cõmune pluralis numeri ſigno vniuerſali affectũ, vt verbi cauſa, qua ſupponit nomẽ apoſtoli Dei, cũ dico omnes Apoſtoles Dei ſunt duodecim.

Suppoſitionis diſtributiuæ ſubdiuiſio. Tandẽ ſuppoſitio diſtributitiua, quædã eſt pro ſingulis generũ, quando ſcilicet terminus diſtribuitur pro quouis ſignificato

cato termini, cui additur ſignum vniuerſale: verbi cauſa cũ dico, omnis homo currit: alia eſt pro generibus ſingulorum, cum ſcilicet terminus communis diſtribuitur pro aliquo ſignificato cuiuſuis ſpeciei; verbi cauſa, cum dico, omne animal fuit in arca Noë: ſenſus eſt, de quauis ſpecie animalis aliquod animal fuit, &c.

Vnde infertur, quòd omnis propoſitio affirmatiua, cuius aliquod extremum non ſupponit eſt falſa, vt hæc, Adam eſt, & è contra negatiua eſt vera: ſimiliter affirmatiua, cuius extrema non ſupponunt pro eodem, eſt falſa, vt hæc B. eſt C. è contra verò negatiua. Reliqua, quæ circa hoc dicũtur, inutilia ſunt.

CAPVT X.

De ſuppoſitione relatiuorum.

BReuiter licet relatiuũ à ſuo antecedenti trahat ſuam ſignificationem: non tamen trahit ſuam ſuppoſitionem, contingit enim, quòd relatiuum ſupponat, nõ ſupponente ſuo antecedenti: verbi cauſa, Adã eſt, & ille fuit, vbi licet Adã nõ ſupponat, relatiuum verò, ille, ſupponit: & è cõtra, cum dico, Adam fuit, & ille eſt.

Secũdo ſciendũ generaliter, quòd omne relatiuum (quodcunq; illud ſit modo non ſit reciprocũ) ſupponit ſecundũ rationem ſigni, quod ſuſcipit, modo cæterorũ omnium, modo explicato ſuperiori cap. At relatiua reciproca, ſui, & ſuus, ipſemet, &c. eadẽ ſuppoſitione habent ſupponere, qua ſuũ antecedens: quãdo tamen antecedens diſtribuitur nõ licet loco relatiui reciproci collocare antedẽs diſtributum: verbi cauſa, omnis homo eſt ipſemet, non licet colligere omnis homo eſt omnis homo, bene tamẽ licet colligere antecedẽs nõ diſtributũ, vt omnis homo eſt homo.

CAPVT XI.

De ampliatione.

AMpliatio ſecunda proprietas terminorũ eſt, quæ ſimul cũ aliis hic ſtatim explicatur: antea tamẽ cõſidera, quòd hęc omnia nomina, ampliatio, reſtrictio, alienatio, diminutio, remotio, &c. Metaphorica ſunt (ſicuti etiam definitio, de qua ſtatim) inſtar rei naturalis, quæ tunc dicitur ampliari, quando extenditur: & reſtringi, cum coarctatur, ſic ſimiliter dicitur de termino, quòd amplietur, &c. in ordine ad ſua ſignificata, in propoſitione tamen exiſtenti: in qua terminus conſideratur ſecundum ſex ſtatus, primus eſt, quando

Terminus in propoſitione ſex habet ſtatus.

quando accipitur pro illis omnibus ſolum, de quibus verificatur ſecũdum exigentiam copulæ, & iſte dicitur ſimpliciter ſtatus termini: verbi cauſa, homo eſt albus, vox homo, & vox albus: reliqui verò dicuntur ſtatus ſecundum quid, horum ergo primus, & ſecundus in ordine, eſt quando à minori ad maiorem extenditur ſuppoſitionem, qui vocatur ampliatio: verbi cauſa, homo poſſibiliter eſt albus; vox homo ampliatur, quia extenditur à minori ſuppoſitione, quã antea ſupponebat, ſolum pro exiſtentibus, ad maiorem, qua etiam ſupponit pro poſſibilibus, tertius ſtatus eſt, quando ę contra à maiori ad minorem trahitur ſuppoſitionem, qui appellatur reſtrictio, vt in hac, homo iuſtus operatur delectabiliter: homo enim ſolum ibi pro iuſtis ſupponit (magna quidẽ reſtrictio) quartus eſt, quando à propria ad impropriam trahitur ſuppoſitionẽ, vt homo pictus adumbrat viuum: & dicitur alienatio, quintus eſt quando diſtrahitur à tota ad partem ſuppoſitionis, qui dicitur diminutio, vt albũ ſecũdum dẽtes currit, ſextus, & vltimus eſt, quando ab integra detrahitur ſuppoſitione, & dicitur remotio, verbi cauſa, homo mortuus, vel irrationalis, non loquitur, quę omnia ſolùm competunt terminis perſonaliter ſupponentibus tãtum, & non aliis, vbi pro perſonaliter non intelligãs perſonã, ſed quodlibet inferiùs reſpectu ſuperioris.

Relictis omnibus aliis (de quibus infra ſtatim ſuo loco) rurſus ampliatio multiplex eſt, ſecundũ quod, & terminus in ordine ad multa, vt dicebã c. 7. cõſideratur, quoad ſuppoſitionẽ, attenditur enim terminus, vel in ordine ad ſuũ ſignificatũ, & ſic eſt ampliatio ſuppoſitorũ dicta, vel in ordine ad copulã, & ſic eſt ampliatio temporũ, vel in ordine ad ſigna, & ſic elicitur ampliatio formarũ, neque eſt vlla alia. Suppoſitorum ergo ampliatio eſt extenſio termini à minori ad maiorẽ ſuppoſitionẽ ſuppoſitorũ, ideſt, quãdo terminus pro variis ſui ſignificati ſuppoſitis accipitur, cõuenitq; termino cõmuni, & abſoluto, vt omnis homo currit, vel decurrit, vox homo ampliatur ad homines præſentes, vel præteritos. *Ampliatio multiplex eſt.*

Ampliatio verò temporũ eſt extenſio termini pro re ſignificata in ordine ad plures differẽtias tẽporis, cõuenitq; ſingularibus, verbi cauſa, Petrus poſſibiliter eſt albus.

Formarũ tandẽ ampliatio cõuenit terminis cõmunibus cõnotatiuis, vt omne album fuit

nigrum, vox album extenditur ad omnia alba præſentia & præterita.

Vbi conſidera antequã hinc diſcedam⁹, quod ad ampliationẽ temporis requiritur, non ſolùm quod terminus amplians ſupponat in ordine ad plures tẽporis differentias, quod etiã ampliationi ſuppoſitorũ conuenit, ſed vltra hoc exigitur, quod ſupponat pro illis diſcriminatim & diſiunctiuè, vt homo fuit albus, extẽditur ad hominem, qui eſt vel fuit, ſi enim copulatiuè ſumatur in ordine ad dictas plures tẽporis differẽtias, potiùs reſtringitur, vt in hac, homo, qui eſt & fuit loquitur, ideſt, ſicuti, & in propoſitionibus materiæ naturalis, verbi cauſa in hac omnis homo eſt animal rationale, licet vox homo ſumatur pro omnibus, non dicitur ampliari, quia ampliatio eſt in ordine ad exiſtentiam, à qua tales propoſitiones abſoluũtur, ſicut & etiã abſoluũtur à tẽpore (vt dixi capit. de verbo) cũ tamen importent neceſſariã cõnexionẽ prędicati cũ ſubiecto, quę nõ reſpicit tẽpus: cuius quidẽ, licèt ſecundũ rem, & apud naturales, tantũ ſint tres tẽporis differentię (de quo alibi) pręſens ſcilicet, pręteritũ & futurũ, apud Dialecticũ tamẽ, tũ propter terminorũ ſuppoſitionẽ, tũ etiam, & maximè propter propoſitionũ verificationẽ, ſũt quinq;, tres dictę, & poſſibile, & imaginarium: nec diſplicet modus loquendi cuiuſdam neoterici, qui tantum ponit quatuor prima, excludens imaginariũ, quòd non ſit opus id ponere, aduertendo, quòd a͂uis impoſſibile, & entia ficta, habere eſſe in intellectu: & nõ alio modo. Vnde quando dico chymera intelligitur, ampliat ad chymeram, quæ poteſt eſſe ſuo modo, vt pote in intellectu, & in hac propoſitione homo imaginariò eſt bellua, homo ſumitur pro vero homine, qui imaginatur eſſe bellua: ſed quicquid de hoc ſit, quæſtio eſt de nomine, & loquendum cum multis. Foſ. li. 8 c. 37.

Obſerua ſecundo, quòd nõ ſolùm verba, ſed aduerbia etiã, nomina & participia verborũ, poſſunt ampliari, vt infra patebit, quæ verò ampliant, alia ſunt, quæ ſolùm terminos antecedentes, alia, quæ ſubſequẽtes tantum, alia verò, quæ antecedentes & conſequentes.

Pro quo tertio ſciendum, quòd verbũ præteriti ampliat terminos (præcipuè connotatiuos) ante ſe, ad illud, quod eſt vel fuit: ſubſequentes verò reſtringit ad illud, quod fuit, verbi cauſa iuſtus fuit ſapiens: id eſt iuſtus, qui eſt vel fuit: fuit ſapiens præſens autem non am- Verbi præteriti ampliatio quæ.

pliat ad pręteritum, & huius ratio eſt, quia præteritũ continet pręſens (eſt namq; pręteritũ, quod aliquando fuit pręſens) præſens verò nullo modo continet præteritum: at verbũ futuri terminos cõnotatiuos præcipuè ante ſe, ampliat ad id quod eſt vel erit, ſequentes verò reſtringit, ad id, quod erit: verbi cauſa, Antechriſtus erit peccator, ideſt Antechriſtꝰ, qui eſt vel erit, erit peccator, idemque dicendum de participio vtriuſq;, ea autem huius ratio reddi poteſt, cur non conſequentes ampliet, ſicut antecedentes, tam præteritum, quàm futurum, quia connexio prædicati cũ ſubiecto, ſemper debet verificari in ordine ad certam temporis differentiam, quam per ſe, & principaliter ſignificat verbum: cum ergo dicta connexio cõpleatur in prædicato, ideo prædicatũ reſtringitur in ordine ad illam ſolùm, ita, vt quantumcũq; amplietur ſubiectum, veritas propoſitionis debet ſumi in ordine ad illam temporis differẽtiam determinatè. cõſidera tamen, hãc propoſitionẽ Chriſtus eſt mortuus, eſſe verã ſi vox mortuus ſit participium: quod, cum ſit de præterito, ſatis eſt, vt qui fuit, non habuerit vitam: ſin verò vox mortuus ſit nomen, falſa eſt, quia ſignificat, nunc Chriſtum non habere vitam: qui iam non moritur: nec ſumo præteritum pro eo, quod fuit, ſed non eſt, ſed pro eo, quod fuit, ſiue nunc ſit, ſiue non: idẽ dico de futuro: ſumitur enim pro eo, quod erit, ſiue nunc ſit, ſiue non: nec loquntur Dialectici ſtrictè de præterito, & futuro: ſed etiam ſumunt pro ſpatio omni, quod fuit ante creationem mundi, vel erit etiam poſt iudicium: ſicq; concedunt neſcio quas propoſitiones: aliaſq; ſimpliciter per deſinit, & incipit: profecto non ſunt huius loci, ſed tractatus exponibilium. De reliquis conſule aures, & percipe ſenſum, quòd ſcilicet vox imaginario ampliet ad quinque, vox poſſibiliter ad quatuor differentias temporis.

Quartò ſciendum, quòd cũ dico, aliquid ampliare, reſtringere, confundere, &c. terminos antecedentes, vel ſubſequentes, non intelligo prolatione, vel ſitu verborum, ideſt antecedentes vel conſequẽtes voce, ſed tantum ſenſu: vnde in hac, homo animal non eſt, vox animal, licet voce præcedat negationem: quia tamen ſenſu eã ſubſequitur, diſtribuitur per illam, ſenſus enim eſt, quòd homo non ſit animal: ſimiliter dicendum de ſigno quod vocant ſpecialis cõfuſſionis, verbi cau- Explicatur intentio authoris circa dicta.

bi cauſa, vox requiritur, quod confundit terminum, quem regit, ſiue ſequatur, ſiue poſt ponatur voce, vt cũ dico ad equitandum requiritur equs, vel equs requiritur ad equitandũ, ſemper vox equs confunditur, quod patet, quia reſolutione eſt poſterior: ita bene neoterici, & oppoſitum eſt mera barbaries, & ſophiſmatum inutilis confuſio.

Merca-do lib. 2. c. 9 lect. 3. Ninſ°. 1. priorũ. titul. de ampliat. Soto 1. Phyſi q. 3. ad. 4.

Reſtat iam in calce huius capitis, prædictorum documentorum apperire vſum, qui duo bus præceptis explicatur, quæ, vt capias, nota: quòd amplum reſpectu non ampli habet ſe ſicut ſuperius reſpectu inferioris.

Vſ° præceptorũ ſupra poſitorum.

Primum præceptum, à non amplo ad amplum affirmatiuè bona eſt conſequentia, vt homo currit: ergo cucurrit, vel curret, vel poteſt currere, ratio eſt, quia ab inferiori ad ſuperius tenet conſequentia affirmatiuè, vt eſt homo, ergo animal, non tamen valet è contra, ideſt negatiuè à non amplo, ad amplum, non enim ſequitur, non currit ergo, nec cucurrit, nec curret, nec poteſt currere, ſicut non ſequitur, non eſt homo ergo, nec animal, cum poſſit eſſe equs.

Secundum præceptum ab amplo ad non ap plum negatiuè bona eſt cõſequentia, bene enim ſequitur: non poteſt currere ergo, nec currit, ratio, quia à ſuperiori ad inferius negatiuè, tenet conſequentia, quia bene infertur, non eſt animal, ergo non eſt homo: è contra verò affirmatiuè ab amplo ad nõ amplum, non tenet conſequentia, quia à ſuperiori ad inferius affirmatiuè non valet conſequentia, non enim rectè colliges, eſt animal, ergo eſt homo.

Aduertendum tamen, vt data præcepra firma ſint, eoſdem terminos debere ſeruari in cõſequenti, & in antecedẽti, quare nil ſequitur, hîc: homo eſt albus, ergo omnis homo eſt albus, mutatur enim ſuppoſitio, quare datur antecedens verũ, & conſequens falſum: reliqua, quæ dicuntur communiter figmenta ſunt, data perpetua, pauciora nullius vtilitatis.

CAPVT XII.

De reſtrictione, & aliis in particulari.

PRo reſtrictione præter ea, quę dicta ſunt, obſeruari debet, primò, quod etiã reſtrictio duplex eſt, alia ſuppoſitorũ, quãdo ſcilicet terminus pro paucioribus ſuppoſitis accipitur, vt in hac homo albus currit, vox homo pro albis tãtùm ſupponit: alia eſt temporum reſtrictio,

Reſtrictio duplex.

ſtrictio, ſcilicet coarctatio termini, vt ſupponat tantùm in ordine ad vnam temporis differentiam copulatiuè, vt homo, qui eſt, & fuit, currit.

Termi-nus à multis reſtrin-gitur. Secundo ſciendũ, quod terminus à multis reſtringitur. 1. à copula implicationis, ideſt, cũ quia impoſſibile eſt quod ſit ampliatio vel copula impediẽti ampliationem, vt homo, qui eſt, dubitauit. Secundo à ſuo adiectiuo, vt homo iuſtus: prætereà determinabile, à ſua determinatione, vt equus regis, & nũc intelligitur quod dicebat circa regulã ſuppoſitionis. Tãdem ſuperius à ſuo inferiori, vt animal homo, & hìc clauditur primum, quia copula implicationis non amplum eſt: nõ amplum vero inferiùs eſt, vt ſupra patet.

Notã. 3 Tertio ſciendum, quod ſubſtantiuum non ſemper reſtringitur à ſuo adiectiuo, ſed ſolũ quando ambo cõſtituunt vnũ terminum complexum; non enim in hac reſtringitur, homo eſt albus, bene tamen in hac, homo albus currit, & hæc reſtrictio eſt reciproca & mutua, vterque enim alterum reſtringit, è contra vero ſe habẽt quoad hoc determinatio, & determinabile, licet enim determinatio reſtringit, ſed non reſtringitur.

Notã. 4. Quarto ſciendùm, quod omnis terminus cõmunis poteſt ampliari vel reſtringi, ampliatione vel reſtrictione temporum & ſuppoſitorum, nam plura ſignificat, ergo ampliatione ſuppoſitorũ item, quia eſt pars principalis propoſitionis. 4. ampliatione temporum è contra verò terminus ſingularis, licet poteſt ampliari vel reſtringi ampliatione temporum, nõ tamen ſuppoſitorũ, patet, quia etiam eſt pars principalis propoſitionis, ergo: item ſignificat vnam rem tantùm, ergo nõ poteſt ampliari quoad ſignificata.

Pro reſtrictione verò eadem præcepta debent ſeruari, quæ in ampliatione, mutatis ſolis nominibus, quia cõtrariorum eadem eſt ratio, à reſtricto ad non reſtrictum, &c.

Quãdo termin' alienatur. Pro alienatione aduertendum, quod eiſdẽ omnino modis contingit terminum alienari, quibus contingit ſupponere impropriè.

Pro diminutione ſit regula, quòd non valet conſequentia in ea à dicto ſecundũ quid, ad dictum ſimpliciter, quando diminuit, quod adiicitur, non enim valet, eſt albus ſecundum dentes, ergo eſt albus, valet tamen, quando additio nõ diminuit, vt eſt homo albus ergo eſt homo.

CAPVT XII.

De *appellatione.*

DE appellatione iam agendum,quæ eſt vltima proprietas Dialectica, quæ etiam ſuppoſitionem conſequitur,& quidem inter omnes vtiliſſima ad omnes ſcientias, & eſt velut quidã modus reſtrictionis:quę propriè ſumpta eſt applicatio ſignificati formalis vnius,ad ſignificatum formale alterius,vt in hac Petrus eſt magnus Logicus(quicquid dicãt alij ſolùm ad ſignificatum alterius) quod, ſi verum teneat,infra patebit.

Quid ampliatio.

Ex quo colligo,quod terminus appellãs neceſſario debet eſſe,terminꝰ cõnotatiuus adiectiuꝰ, vt in exẽplo dato,vel ſaltẽ habens ſe per modũ adiectiui,vt Petrus velociter currit:terminus verò appellatus, quandoq; eſt terminus adiectiuus, quandoq; abſolutus: hæc eſt definitio.

Appellatio duplex.

Appellatio autem duplex eſt,alia realis,alia rationis:realis eſt applicatio accidentis realis,vt potè, quando appellans eſt terminus primæ intẽtionis: vt in hac, Petrus eſt magnus Logicus.Rationis eſt,applicatio accidẽtis rationis, vt putà, quando appellans eſt ſecundæ impoſitionis, vt in hac,homo eſt ſpecies.

Rurſus appellatio realis,eſt duplex: alia eſt formalis, alia materialis:formalis eſt appellatio ſignificati formalis vnius termini ad ſignificatum formale alterius:vt Petrus eſt bonus ciuis. Materialis eſt applicatio ſignificati formalis ad ſignificatum materiale alterius,ideſt ad ſuppoſitum immediatum alterius termini,vt in hac, albedo eſt intenſa.

Doctrina aduertenda.

Pro maiori autem intelligẽtia aduertendum maximè, & primò pro reali appellatione, quòd ſi adiectiuũ ponitur à parte prædicati,ſubſtantiuum verò à parte ſubiecti: adiectiuum applicat ſuum ſignificatũ formale,ſupra immediatum ſuppoſitum ſubſtantiui,vt in hac, Chriſtus homo, eſt æternus, per quã ſoluitur ſolutio illius argumenti:hæc albedo eſt intẽſa: & hæc albedo eſt ſimilitudo:ergo hæc ſimilitudo eſt intenſa, negatur conſequentia, variatur enim appellatio ſuppoſitorum,appellatio,inquam materialis,nam in antecedenti appellat ſuprà ſignificatum immediatum albedinis, in conſequenti verò ſupra immediatũ ſimilitudinis:idem defectus cõmittitur in hoc,pater generat, pater eſt eſſentia diuina, ergo eſſentia diuina generat, variatur enim appellatio ſuppoſitorum.

Regula generalis de ampliatione.

Secundo aduerte,quod quã do adiectiuum & ſubſtantiuum ponuntur à parte eiuſdem extremi,ſiue ſubiecti,ſiue prædicati,adiectiuum appellat ſupra ſignificatum formale ſui ſubſtantiui, vt Petrus eſt magnus Logicus. Vnde colligo,quòd hæc appellatio formalis nõ poteſt cadere ſupra abſolutum terminum,quia in tali termino nõ eſt diſtinguere formale ſignificatum à materiali, præterea vox homo,cũ dicitur de Chriſto,habet enim cõditiones termini connotatiui, quare hæc vera eſt,Chriſtus eſt factus homo,ideſt,Chriſtus eſt factus ſecundum humanitatem, hęc verò falſa eſt Chriſtus eſt æternus homo,propter eandem rationem, facit enim hunc ſenſum, Chriſtus eſt ęternus ſecundum humanitatem,& ratio eſt,quia humanitas non eſt de eſſentia Chriſti,vt Deus eſt: & quando formale vnius non poteſt alteri applicari,vt in hac, Petrus eſt albus muſicus, eſt in congrua propoſitio,quia cum ſit appellatio non congruit vni termino formale alterius eiuſdem extremi.

NOTA.

De quo Fonſeca lib.18.

Tertio conſiderandum hęc ſyncathegoremata, neceſſario impoſſibiliter,cõtingenter, appellant ſupra ſignificatum formale prædicati, vnde hæc eſt falſa, Deus eſt neceſſario creãs, eſt enim ſenſus,creatio neceſſario competit Deo.

Nomina primitiuæ ſpeciei,quo modo appellant etiam in diuinis.

Quarto nomina numeralia primitiuæ ſpeciei, vt tres,quatuor,&c. iũcta nomini ſubſtantiuo ſubſtãtiæ multiplicãt formas & ſuppoſita, verbi cauſa: Petrus, Paulus, & Sortes ſunt tres homines , ideſt ſunt tria ſuppoſita humana ſubſiſtentia in tribus ſuppoſitis, quare hæc eſt hęretica in diuinis, Pater,Filius & Spiritus ſanctus ſunt tres Dij, quia ſenſus eſt, ſunt tres perſonæ ſubſiſtentes in tribus deitatibus:è contra verò nomina dicta iuncta adiectiuo, vel ſubſtantiuo accidentis, tãtum multiplicant materiale,nõ formale,vt Petrus, & Paulus , & Martinus ſunt tres albi, ideſt ſunt tria ſuppoſita habentia albedinem,vel tres artifices,ideſt tres homines habentes artem, ita Canar.1.p.q.39.art.3.optimè.Hinc eſt,vt Theologi concedant in diuinis adiectiuè eſſe tres omnipotetes, ideſt tres habentes omnipotentiã: ſubſtantiuè vero negãt ſancti & Athanaſius,nam ſenſus eſt,ſunt tres habenres tres omnipotentias, quod valde falſum,&c.

Quod appellatione termini ſecundę intentionis.

Pro appellatione vero rationis quinto in ordine notãdum eſt, ꝙ terminus ſecũdę intẽtionis, qui cõpetit rebus,appellat ſuũ ſignificatũ formale, ſupra primariũ ſignificatũ, & per ſe ſui ſubſtan-

ſubſtantiui, vt in hac, homo eſt ſpecies, animal eſt genus, id eſt, ſpecieitas conuenit homini in cõmuni, id eſt, vt concipitur cõmuni, quod diximus ſupra capite de ſuppoſitione, quòd vox homo immobiliter ſupponit.

Sexto & vltimo, verbũ ſignificans actũ interiorem vel exteriorẽ appellat ſupra ſignificatũ formale, vel immediatũ illius, cui fit applicatio, vt intelligo hominẽ, ſcilicet in communi, video venientem, id eſt, vt veniens eſt, ſiue præponatur, ſiue poſtponatur, quia idem eſt ſenſus, ſed ſæpè in communi modo loquendi hic rigor non ſeruatur, Deus enim dicitur amare, & intellectus videre hominem, & tamẽ eſt actus circa hominẽ, vt eſt in re ſingulari, & dicitur vidiſſe Papã, quia eũ vidit antequam fuiſſet Papa.

CAPVT XVI.

De modo ſciendi in communi.

Reditur ratio ordinis capit.

ORationis ſpecies duas eſſe omnes fatentur, quarũ primam, quæ propoſitio eſt, vſq; adhuc explicuimus ſimul cum affectionibus & proprietatib⁹, quę termino in illa exiſtenti accedunt, nunc ordine recto alia ſpecies orationis, quę propoſitio nõ eſt venit explicãda, quæ in communi, modus ſciendi dicitur ab omnibus.

Quid ſit modus ſciendi.

Pro cuius intelligẽtia primo dubitatur, quid ſit modus ſciẽdi? nã quòd ſit certũ eſt, cũ autem natura dederit vt ſcientias inueſtigaret, illa, quę in neceſſariis nunquã defuit, dedit etiam modũ, quo illas adipiſceretur. Aliqui dicũt, quòd modus ſciẽdi eſt modus, quo ſciẽtia acquiritur, hoc tamẽ ſolùm quid nominis explicat, nõ quid rei: Eſt ergo modus ſciendi (vt inquit Petrus Hiſpanus) oratio ignoti manifeſtatiua, oratio, id eſt, multarũ vocũ ſignificantium cõgrua aggregatio, ignoti non ſumitur pro difficili, ſed quod nõ eſt cognitũ, vſq; dũ per modum ſciendi aperiatur: manifeſtatiua: hic tria ſunt notanda, quòd manifeſtare nõ eſt idem, quod dicere, ſeu enuntiare, ſed rei claritatẽ afferre, quare oratio hæc, Petrus currit, non eſt modus ſciendi, quia ſolũ dicit, ſeu enuntiat rem, nullã tamen illius claritatem affert. Toledo.

Secundo manifeſtare hic ſumitur pro eo, quod eſt manifeſtare inſtrumentaliter, id eſt, vt ſit id, quo tanquã inſtrumento venimus in rei cognitionẽ, vel manifeſtare formaliter, vt ipſa manifeſtatio rei, vt ſunt particulares definitiones.

Tertio tandẽ ſumitur hic manifeſtare pro eo, quod eſt manifeſtare probabiliter, vt faciunt

omnes

omnes definitiones, diuiſioneſq́; deſcriptiuæ, nã verbi gratia, hæc definitio deſcriptiua, naſus curuus, quæ definitio eſt deſcriptiua ſimi, eſt oratio rei manifeſtatiua, rei ſcilicet ignotæ, probabiliter, nõ tamen cauſa ſcientiã ſed opinionem, vel manifeſtare neceſſariò, vt faciũt omnes definitiones quidditatiuæ, vt hæc, animal rationale, eſt oratio manifeſtatiua neceſſariò.

Quotuplex eſt modus ſciendi.

Dubitatur ſecũdo, quotuplex ſit mod' ſciẽdi. Ariſt. 1. lib Methap. text. 48. ſolùm definitionẽ & demonſtrationem cõmemorauit: & 2. lib. poſteriorum meminit de diuiſione, tanquã de inſtrumẽto, & medio ad definitionem conficiendam.

Sit tamẽ cõcluſio certa. Tres tantũ ſunt modi ſciendi, definitio, diuiſio & argumẽtatio, ita Plato in Sophiſta & ciuili. Cic. lib. de finibus, Boëtius in principio Topic. D. Aug. 2. de ordine, Porph. in proœmio prædicabilium, dicit ſuum tractatũ valde vtilem eſſe ad oẽs partes Logicę, hoc eſt ad definitione, diuiſionẽ & argumẽtationem.

Et probatur primo, nã aut ignotũ, quod explicatur, eſt complexũ, & propoſitio, & ſic eius veritas, & neceſſitas argumẽtatione manifeſtatur: aut eſt quid ſimplex, & incõplexum, & ſic eius multiplicitas diuiſione: ei' verò quidditas, & eſſentia definitione declaratur: ergo tres ſunt modi ſciendi.

Ex Fonſ. lib. 1. dialect.

Secundo probatur & declaratur idẽ, nã diuiſio, vt diligẽs exploratrix omniũ rerũ, naturas per currit, ipſarumq́; cõfuſſionẽ & multiplicitatẽ ante oculos ponit. Definitio earũ quidditatẽ rerum explicatarum, & eſſentiã aperit: quid autem illis conueniat argumẽtatio demõſtrat: tres ergo ſunt modi ſciendi, definitio, &c.

An experiẽtia ſit modus ſciendi.

Dubitatur tertio, an experiẽtia ſit modus ſciendi, nã & ipſa manifeſtat rem? Reſpondetur quod non. Primò, quia non eſt oratio, modus tamẽ ſciẽdi oratio eſt. Secundò, nã experiẽtia, rei claritatem non affert, ſed ſolũ vt qui dicit, & prębet anſam intellectui, vt ratiocinetur circa rerum naturas, & prębet materiã definitioni, &c. ergo non eſt modus ſciendi.

An exẽplum ſit modus ſciendi.

Quarto dubitatur, an exemplũ ſit modus ſciẽdi? Videtur quòd ſic, quia manifeſtat, declaratq́; rẽ. Reſpõdetur quòd nõ, exemplũ enim poteſt ſumi, vel vt ſimile, & inductiuũ ad hoc, vt faciamus aliquid. v. g. Petrus dat operam literis: ergo ęquum eſt & ego dem: & ſic argumentatio eſt: alio modo poteſt ſumi vt id, in quo doctrina vniuerſalis explicatur, verbi gratia, dictũ eſt, quòd definitio explicat

quidditatem definiti: exemplũ apponimus, vt animal rationale explicat quidditatem hominis: & ſic non eſt modus ſciendi ſolùm enim illo vtimur ad hoc, vt rudus, parumq́; exercitati rem exactiùs capiant.

Quinto dubitatur, an conſequens ſit modus ſciendi, nã manifeſtat, quod latebat in antecedenti? Reſpõdetur, quòd nõ, nã licet dicat, quod latebat in antecedenti: non tamẽ illud declarat.

An cõſequens ſit modus ſciendi.

Arguitur contradicta.

Sed dices diuiſio & definitio hoc ſolũ declarant, manifeſtãt enim, quod in diuiſo, & definito latebat, & per hoc ſunt modi ſciendi: ergo & conſequens erit etiam modus ſciendi.

Ad hoc eſt dicendum, quod proprius modus manifeſtandi multiplicitatẽ alicuius rei, fit, ponendo eius partes ſeorſum, & hoc fit diuiſione, & propriꝰ modus manifeſtãdi eſſentiam alicuius totius, fit declarando omnes partes eſſentiales eiuſdẽ, & hoc fit definitione: quare diuiſio & definitio ſunt modi ſciẽdi: proprius autẽ modus manifeſtandi aliquã propoſitionẽ fit, deducẽdo illã, & inferendo ex alia, in qua latebat, & quia hoc facit antecedens, & nõ cõſequẽs (quod potiùs eſt, quod deducitur, & infertur) ideo antecedens eſt modus ſciendi, & non conſequens.

Ex quo infero, quòd propoſitio hæc, homo eſt animal, licet manifeſtet aliquam rem, nõ tamen eſt modus ſciendi, quia non explicat omnes, & ſingulas partes eiuſdem.

An methodus ſit modꝰ ſciendi.

Sexto dubitatur, an methodꝰ, ideſt facilis via, & breuis ordo procedẽdi, ſit modus ſciendi? vide Nuneſ. in ſua conſtit. Dialectica fol. 132. vbi refert plures opiniones, ſpecieſq́; methodi, Læmoſ. lib. de erratis Dialect. c. 10. Ad hoc dicendum, quòd nõ, quia methodꝰ ſolũ eſt quędam aplicatio recta modorum ſciendi, cum definitio conſtet prędicatis cõmunibus, & ordo ſeruetur ſecundũ naturã modorũ ſciendi: quãdo verò vtendũ ſit diuiſione, definitione, argumẽtatione: hoc ad prudentiam pertinet pro audiẽtium captu. & ſic methodus nihil ad modũ ſciendi pertinet.

An authoritas ſit modꝰ ſciendi.

Septimo & vltimo dubitatur, an authoritas ſit modus ſciendi? Reſpõdetur, quod ſi authoritas ſumatur ad confirmandã aliquam rem ſic eſt argumentatio: ſin verò ſumatur, vt eſt id, quo aſſentimur alicui dicenti, ſic non eſt modus ſciendi, non enim aliquid manifeſtat.

Arguitur contra dicta. 1.

Sed cõtra prædicta arguitur primo definitio eſt pars argumentationis, quæ eſt modus ſciẽdi: ergo ipſa nõ eſt modus ſciendi, ſed pars.

Reſpon-

Reſpōdetur, quòd ſicuti etiã ſi domus ſit pars vrbis, eſt etiã per ſe quoddam totum: ita etiã licet definitio ſit pars argumentationis, non inconuenit, quin per ſe ſit modus ſciendi.

Arg. 1. Secundo, arguitur, modus ſciēdi eſt, vt aliquid ſciatur; ſed quicquid ſcitur, ſcitur definitione, & argumentatione: ergo ſuperflua eſt diuiſio: probatur minor, quicquid ſcitur, aut eſt eſſentia, & hoc definitione, aut eſt propria paſſio, & affectio rei, & hoc argumentatione ſcitur, & nil ampliùs eſt, quod ſciatur: ergo diuiſio non eſt modus ſciendi.

Ad hoc dicendum primo, quòd non omnis eſſentia ſcitur definitione, eſſentia enim alicuius rei, verbi cauſa generis, eſt multiplicitas, quæ diuiſione explicatur: & ſic neganda eſt minor prioris antecedentis.

Dico ſecundo, quod non omnis affectio, & propria paſſio ſcitur argumentatione, ſed potiùs diuiſione.

Arg. 3. Sed contra hoc eſt, quod in hac propoſitione, homo, & equs ſunt animalia, quæ eſt pars definitionis animalis, & hominis, explicatur multiplicitas animalis, ſicuti hac diuiſione, animal aliud homo, aliud equ⁹: ergo definitio & diuiſio coincidūt inter ſe, & ſunt idē proſ⁹.

Ad hoc dicendum primo, quòd ſecundum rem idē ſunt, homo & equs ſunt animalia, & animal aliud homo, aliud equus, non tamen ſecundum modum ſignificandi: nam definitio explicat multiplicitatē rei explicando eſſentiam cuiuslibet partis; at diuiſio ponendo ſurſum partes, vt pluriùs diximus, rei multiplicitatem, & cõfuſſionem aperit, quod longè diuerſum eſt, quare diſtinguendum eſt antecedens.

Dico ſecundo, quòd ſicuti non incōuenit quod definitio intret argumentationem, & ſit pars demõſtrationis, quin etiã ſit modus ſciendi per ſe: ita nō intereſt, quòd diuiſio intret definitionem, & cum hoc eſt modus ſciendi per ſe. Plura de modo ſciēdi in communi omitto, ac de modo ſciendi in particulari omittam, maiori oportunitate diſputanda.

CAPVT XVII.

De definitione.

EXplicato modo ſciendi in communi equū eſt, vt ſingulas eius ſpecies explicemus, inter quas primatum obtinet ipſa definitio, quæ eſt oratio rei naturam, vel nominis ſignificatum explicans, vt animal rationale, definitio eſt hominis, Quid ſit definitio

nam eius quidditatem & naturam, explicat. Pro quo eſt notandum, quod vox definitio eſt nomen metaphoricum, vt ſupra dicebam de ampliatione, & ſicut in rebus ſunt termini & limites, intra quos res ipſæ continentur, & quibus terminatur, & circunſcribitur, ita definitio eſt veluti terminus, quo rei natura terminatur, & circunſcribitur, & ſic eam vocauit Ariſtoteles. 1. Topic. cap. 4.

Definitio duplex.

Notandum ſecundo, quòd in definitione propoſita duplex genus definitionis reperitur, alia eſt definitio rei, quę rei quidditatem, vt diximus, explicat, & iſte eſt ſenſus Ariſtotelis. 2. poſteriorum dicentis, definitio dicit quod quid eſt. Alia eſt definitio nominis, quæ nominis ſignificatum exponit, vt dans ſacra, eſt definitio, huius nominis Sacerdos, & corpus habens albedinem dicit ſignificatum huius nominis album.

Fonſe. 5. lib. Dialectici. c. 2.

Ex quo infero ſatis acutè, ſed male neotericũ quendam aſſerere definitionem nominis, naturam & quidditatem nominis aperire, & cum nomen ſuo modo ſit etiam res, definitionem nominis eſſe etiam rei: falſo enim dicitur, quia nominis definitio nominis ſignificationem, quæ eſt eius natura, non explicat, ſed potiùs ſignificatum nominis, ideſt applicationẽ & accõmodationẽ ſignificationis eius: quod longè aliud eſt, vt vidimus ſupra.

Cõditiones bonæ definitionis quatuor.

Infero ſecundo, quòd ad hoc, vt aliqua ſit perfecta rei definitio tres debet habere conditiones. Prima, quòd in ea ſit genus, ideſt illud, quod ſit cõmune immediatius definito, & aliis: vt animal in hac definitione, animal rationale, quid commune eſt immediatius, tã homini, quàm cæteris viuentibus ſenſibilibus, & ſimul differentia ſit, ideſt illud, per quod differt definitum ab omnibus aliis: vt per rationale differt homo ab omnib⁹ aliis.

Secunda conditio, vt definitio ſit clarior definito, patet; quia eſt modus ſciendi.

Tertia, quæ ex ſecunda infertur, quòd definitum non intret definitionem, quia ſi intret, obſcurior erit definito; vt hæc homo eſt homo rationalis.

Quarta conditio, ſeu tertia præcipua, quòd definitio non ſit redundans, nec ſuperflua, id eſt nõ cõueniat aliis à definito. Ex quo infertur quinta cõditio, quod ſcilicet definitio debet conuerti cum ſuo definito, & è contra: valet enim, eſt homo: ergo animal rationale, & è contra; quod ſi aliqua ex his conditionibus deficiat, non erit perfecta definitio.

Sed

Definitio triplex.

Sed notandum eſt valdè, quòd definitio triplex eſt: alia eſſentialis, quæ datur per partes eſſentiales, & intrinſecas definiti; quòd ſi tales partes ſint materia & forma, dicitur definitio Phyſica, qualis eſt homo, conſtans ex anima & corpore: ſin vero partes ſint genus, & differentia propria, dicitur Metaphyſica qualis eſt, animal rationale, eſt homo.

Ex quo infero res fictas, vt chimeram habere propriam definitionem eſſentialē rei, quòd ſi Ariſtoteles id aliquando neget, tantum vult nō habere per ſe ſtantem eſſentiam, quod etiam dicit de accidentibus realibus, vt puta de albedine, & nigredine, de quibus fatetur, quod definiuntur propria, & eſſentiali definitione rei. Alia eſt definitio deſcriptiua, quæ datur per accidentia propria, ſeu communia, vt hæc, homo eſt animal riſibile, ſotiabile, politicum.

Vide Fōſeca lib. 5. Dialectici c. 8. vbi refert loca Ariſt.

Tertia tandem eſt definitio cauſalis, quæ datur per cauſas extrinſecas rei, & per cauſam efficientem, & finalem, qualis eſt hæc, homo eſt animal creatum à Deo ad beatitudinem, ecce vox à Deo cauſa efficiens, beatitudo vero cauſa finalis.

Quid ſit definitū.

Explicata iam definitione, quid definitum ſit apperiamus: eſt ergo definitum, quod per definitionem explicatur: quod duplex eſt, aliud propinquum, illud ſcilicet, cuius natura & eſſentia propinquè, proximè, & immediatè, in definitione manifeſtatur, aliud uero remotum dicitur, quod remotè, & mediante definitione apperitur: ſit exemplum. Definitum propinquum in hac definitione, animal rationale, eſt natura, & eſſentia hominis, remotum vero eſt Petrus, Paulus, &c. quia eorum quidditates & eſſentiæ remotè & mediatè explicantur, ideſt mediante hominis natura, quæ immediatè explicatur, & in qua conueniunt. Quæ doctrina eſt Ariſtotelis cap. dè regulis prædicamentorum dicentis, quod prædicata eſſentialia, quale eſt definitio, immediatè conueniunt ſpeciei, ideſt naturæ in communi: mediatè vero, ideſt ratione ſpeciei, conueniunt indiuiduis, ideſt ſingularibus contentis ſub ea.

Impugnatur Soti ſententia.

Ex quo infero primo male neotericum aſſerere definitum propinquum in definitione rei eſſe nomen ipſum, non res, dicit ille, quod licet res principaliùs definiantur, immediatiùs tamen nomen, quod ſuadet ex eo, quod dicimus, quod officium Dialectici eſt agere de vocibus, vt ſignificant res ergo.

Arguitur contradicta.

Sed contra hoc eſt, quòd cuiuslibet definitionis definitum illud eſt, quod explicatur per definitionem: ſed in definitione rei ſolùm natura aperitur rei, ergo ſolùm res erit definitũ, & non nomen, neq; propinquè, neq; remotè: cōſequentia eſt legitima, maior eſt euidens, minor ab omnibus conceſſa.

Confirmatur, nam paulò inferiùs dicit ipſe, quòd nomen definitur per accidens definitione rei: ergo nullo modo eſt definitum, patet cōſequentia, quia, quod eſt per accidens tale, non eſt abſolutè tale, ſicut per hoc, quòd niger eſt albus per accidens, ideſt ſecundũ dētes, non eſt abſolutè, & ſecundum ſe totum albus.

Impugna. Villalp ſententia.

Infero ſecundo, nō bene affirmare aliquos definitũ remotum eſſe illud, quod non explicatur, per definitionē, quòd manifeſtè includit cōtradictionem, nam ſi nullo modo explicat, nullo modo erit definitũ.

Ex dictis infero primo, quòd à definito ad definitionem, tàm affirmatiuè, quàm negatiuè, valet conſequentia, valet enim, eſt homo, ergo animal rationale, & è contra.

Infero ſecundo, quòd de quocunq; dicitur definitum, dicitur etiam definitio, valet Petrus eſt homo, ergo animal rationale.

Infero tertio, quòd quicquid dicitur de definito, dicitur etiam de definitione.

Infero quarto, quòd cuicunque repugnat definitum, repugnat etiā definitio, ſicut enim repugnat, quòd lapis ſit homo, ita quòd ſit animal rationale.

Quinto & vltimo infero, quòd quicquid ſequitur ex definito, ſequitur etiam ex definitione, vt quia riſibile ſequitur ex homine, etiam ex animali rationali.

Omnia hæc intelligēda ſunt, ſecundum rem, & materialiter, non tamen formaliter, nam definitio vt ſic, & defīnitũ diſtinguntur.

Vltima dubitatio.

Vltimo dubitatur quid reſpondendum ſit quærenti, quæ eſt definitio? Reſpondetur, quòd debemus dicere, eſt rei, vel nominis, vel eſt eſſentialis, deſcriptiua vel cauſalis: ſed an definitio debeat dici bona vel mala, aut vera vel falſa, non cōuenit inter authores. Soto dicit, quòd definitio bona vel mala eſt dicenda: non vera vel falſa, quia cùm ſit oratio imperfecta, & imperfectum ſenſum generet, in ea non poteſt reperiri veritas, vel falſitas complexa. Contrarium tenent plurimi de Philoſophia bene meriti.

Sentētia authoris explicatur.

Veritas eſt, quòd definitio poteſt dupliciter conſiderari primo

mo modo ſecundum ſe, & materialiter, idest; vt res quædam eſt: alio modo poteſt ſumi definitio formaliter, ideſt, vt dicit ordinem ad definitum, primo modo neque eſt vera, neq; falſa, quia cum pertineat ad primam operationem intellectus, ſcilicet ad ſimplicium apprehēſionem, & apprehenſium non ſit mendacium, vt dicit Ariſtoteles, in ea falſitas non eſt. at verò ſecundo modo ſumpta, cū ſit operatio ſecūda intellectus; ſcilicet compoſitio, ſaltem ſecundum ordinem ad definitum, vera vel falſa eſt dicēda: & ſic definitio abſolutè, & formaliter vera vel falſa eſt apellanda, non bona vel mala, quia argumentum Soti nil concludit contra nos.

CAPVT XVIII.

De diuiſione.

Definitur diuiſio.

SVbſequitur iam conſideratio ſecundi modi ſciendi, ideſt, diuiſionis, quæ ſic definitur diuiſio eſt oratio rē in ſuas partes vel nomen per ſua ſignificata, diſtribuens, vt animal, aliud homo, aliud equs: & canis alı⁹ latrabilis, alius ſyd⁹, &c.

In quo apparet duplex diuiſio alia nominis, alia rei, vt vidimus ſupra in definitione.

Ex quo infertur, quod in qualibet diuiſione debet eſſe diuiſum partibus conſtans, in quas diuiditur, vnde quotuplex fuerit totum, totuplex erit diuiſio. Recto ergo ordine procedētes totum duplex eſt, aliud per ſe, quod conſtat partibus, quæ per ſe vniuntur in ipſo, vt homo & animal: aliud per accidens, cuius partes per accidens vniuntur in ipſo, vt album. albedo enim, & ſubiectum per accidens vniuntur.

Rurſus totum per ſe triplex eſt, aliud eſſentiale, quod conſtat partibus eſſentialibus, vt putà materia & forma, vel certè, ex genere & differentia, vt homo & animal. aliud eſt totū integrale, ſeu quantitatiuum, quod conſtat partibus quantitatiuis, vt lignum; quod cōſtat duabus medietatibus: aliud tādem eſt totum potētiale, quod cōnſtat partibus ſubiectiuis, id eſt illud, quod de inferioribus dicitur, & prædicatur, vt genus reſpectu ſuarū ſpecierum, verbi cauſa, animal reſpectu hominis, & equi, ad eundem modū diuiſio in genere duplex eſt, alia per ſe, alia per accidens: per ſe, qua diuiditur totum per ſe, in ſuas partes, quę etiam triplex eſt, alia integralis, qua diuiditur totum quantitatiuum in ſuas partes quātitatiuas, vt qua diuiditur lignum: alia eſt eſſentialis, qua diuiditur totum eſſentiale in ſuas partes eſſentia- Diuiditur diuiſio.

les, quæ, ſi fuerint Phyſicæ, vt materia & forma, erit eſſentialis Phyſica, ſint autem fuerint Metaphyſicæ, ideſt genus, & differentia, diuiſio erit eſſentialis Metaphyſica, heæ autẽ duæ diuiſiones non ſunt noſtri inſtituti, ſed bene tertia diuiſio, quæ eſt potentialis, qua diuiditur totum potentiale in ſuas partes ſubiectiuas, de quibus quidditatiuè prædicatur: quæ duplex eſt, vna generis in ſpecies, vt qua diuiditur animal in hominem, & equum: alia generis in proprias differentias, vt qua diuiditur animal in rationale, & irrationale, & hæc eſt propriſſima diuiſio.

Relicta diuiſione per ſe, diuiſio per accidens duplex eſt: alia eſt ſubiecti in accidentia, qua diuiditur ſubiectum in accidẽtia ſua, verbi cauſa, homo, alius albus, alius niger. Secunda diuiſio eſt, qua diuiditur accidens in ſua ſubiectiua, ideſt accidentis in ſubiecta, vt album, aliud lac, aliud papyrus.

Tertia eſt accidentis in accidentia, vt coloratum aliud viride, aliud violaceum.

Conditiones perfectæ diuiſiones explicãtur. quatuor.

Inſuper notandum, quòd vt aliqua ſit bona & perfecta diuiſio, quatuor debet habere conditiones. Prima eſt, quòd membra diuidentia ſint inferiora diuiſo, ideſt, quod quoduis mẽbrũ diuidens minus contineat, quam diuiſum.

Secunda, quòd quoduis mẽbrum diuidens contrahat diuiſum, ideſt, quod diuiſum prædicetur de quolibet membro diuidenti: valet enim, rationale eſt animal, & irrationale eſt animal.

Tertia, quod membra diuidentia ſimul ſumpta adæquent totam vim diuiſi: ideſt contineant omne, quod diuiſum cõtinet, & diuiſum, nil amplius cõtineat, nil enim amplius dicit animal, quàm rationale & irrationale.

Quarta & vltima, quòd mẽbra diuidẽtia ſint oppoſita re, ideſt ſecundum rem, vt rationale, & irrationale: vel ratione, id eſt, quòd dicant diuerſas, & oppoſitas rationes ad minus; vt bonum aliud delectabile, aliud honeſtum, aliud vtile, ecce eadem virtus, quæ bona eſt delectabilis, honeſta & vtilis.

Loca arguendi ex definitione.

Ex dictis omnibus inferuntur aliqua loca arguendi in diuiſione. Primum eſt, quòd à diuiſo ad membra diuidentia ſimul ſumpta, valet conſequentia, tam affirmatiuè, quàm negatiuè, valet enim eſt animal: ergo rationale vel irrationale, & è cõtra, vt eſt rationale vel irrationale: ergo eſt animal & negatiuè etiam valet.

Secundus

Secundus eſt, à quolibet mẽbro diuidenti ad diuiſum affirmatiuè, non tamen negatiuè, bene valet, ſequitur enim, eſt rationale: ergo animal, non tamen, non eſt rationale, ergo nõ eſt animal.

Tertius locus, à diuiſo, & negatione vnius membri vel duorum, ad poſitionem alterius, vt eſt bonum, & non vtile, neque honeſtum: ergo delectabile, bene tenet conſequentia. Et ad hæc tria loca præcipua, reliqua, quæ communiter ponuntur, facilè reduci poſſunt. Vide Soto.

An verò bona vel mala, vera vel falſa diuiſio ſit dicenda dubium eſt? facilis eſt ſolutio, cum enim diuiſio ſit ad ſecundam operationem intellectus vera vel falſa, non tamen bona vel mala dicenda eſt, intellige formaliter ſimul cum diuiſo, ſecus tamen materialiter, vt dixi de defininitione.

CAPVT XIX.

De argumentatione.

Quid eſt argumẽtationis explicatur.

SEquitur iam vltima ſpecies modi ſciendi, quæ argumẽtatio dicitur, ſic autem communiter definitur argumentatio eſt oratio, in qua dato vno alterum conſequitur, vt currit, ergo mouetur.

Pro quo aduertendum primo, quòd in argumentatione tria ſunt, antecedens ſcilicet, id eſt, ex quo aliud infertur, & cõſequens, ideſt, quod ex alio infertur, & nota illationis, quæ vtrumq;, ideſt antecedens, & conſequens coniungit.

Triplex autem reperitur nota illationis: altera conditionalis, vt vox, Si, alia cauſalis, vt vox quia, quoniam, &c. Altera rationalis, vt, Ergo, igitur, ſequitur, & licet hæc tria in argumentatione inueniãtur, Ariſtoteles tamen ſolùm antecedens frequẽtius & ferè ſemper argumentationem vocat, vt rectè aduertit Læmoſius lib. 2. de erratis Dialecticorum, ca. 1. cõtra Buranam, recolite, quod diximus procemio Sũmularũ argũmento. 1. cõtra. 1. dictũm. Ex quo infero, quòd etiam argumentatio triplex eſt, ſicuti illatio: conditionalis, vt ſi Sol lucet dies eſt, cauſalis, vt quia Petrus eſt homo, Petrus eſt animal: rationalis, vt currit: ergo mouetur.

Quid requiritur aduentatem conditionalis.

Aduertendum ſecũdo, quòd ad veritatem conditionalis argumentationis, ſolum requiritur, quod conſequens rectè ex antecedenti inferatur, ſiue antecedens ſit verum, ſiue non: vnde ortũ habet illud axioma Dialecticorum: conditionalis nihil ponit in eſſe. Ad veritatem autem rationalis, præter quam, quod conſequẽs debet

debet inferri rectè ex antecedé ti, adhuc poſtulat, quod antecedens verum ſit: quare hæc non eſt bona conſequentia, homo eſt lapis, ergo eſt ſubſtantia. Tandem ad veritatem cauſalis præter hæc omnia, quòd conſequens inferatur ex antecedẽti, & quod antecedens ſit verum, adhuc requiritur, quod antecedens ſit cauſa conſequentis: quare hæc non eſt bona, quia homo eſt riſibilis eſt rationalis: quia riſibile non eſt cauſa rationalis, ſed potiùs ab ipſo cauſatur.

Dubitatur. 1. circa prædicta. Sed circa prædicta dubitatur primo, quod ſit antecedẽs in argumentatione cauſali, & conditionali? Reſpondetur, quòd propoſitio, cui immediatè alligatur nota illationis antecedens dicitur, ea verò, cui mediatè, cõſequẽs nũcupatur: v. g. ſi Sol lucet dies eſt, vox lucet eſt antecedẽs, vox autem dies eſt, conſequens, ratione iam dicta. Secus verò contingit in argumentatione rationali, nam propoſitio præcedens notam illationis, antecedens dicitur, illa vero, quæ illationem ſubſequitur, conſequens nuncupatur, vt ſupra dictum eſt.

Dubitatur 2. circa prædicta. Secundo dubitatur, an argumentatio, ſeu conſequentia vera vel falſa, an bona vel mala, ſit dicenda? ad hoc dicendum, quòd ſicuti, verbi cauſa, in propoſitione diximus (dũ de verbo ageremus) aliquid ſe habet, vt materiale; ſcilicet ſubiectũ: & prædicatum, quæ tantũ ſunt eius partes: aliquid vero vt formale, ſcilicet verbũ ipſum, ſeu copula coniungens: ita argumẽtatio de materiali dicit propoſitiones antecedentis, & cõſequentis, & ſecundum hanc rationem vera vel falſa eſt appellanda. Et præter hoc dicit aliquid de formali, ideſt ipſam illationem conſequentis ex antecedenti, quę forma eſt argumẽtationis, & ſecundum hoc abſolutè bona vel mala debet appellari.

Tertio dubitatur, an conſequentia mala, debeat abſolutè vocari conſequentia? ad quod dicendum, quod non licet contrarium aliqui affirmẽt in præſentiarum: non enim homo pictus dicitur abſolutè homo, ſed cum addito, pictus: quare nec mala, ſi rectè ratio attendatur abſolutè dicenda eſt conſequentia, quod ex eo magis patet, nam cum negamus conſequentiam, nõ negamus eſſe cõſequentiam bonam, ſed eſſe cõſequentiam. Dubitatur. 3. circa prędicta.

Ex quo infero, quod ad hoc quod aliqua ſit bona conſequẽtia, ſolùm requiritur, quod conſequens ex antecedenti inferatur; quod ex eo cognoſcitur, quod dato antecedenti

vero, impoſſibile eſt, quòd conſequens falſum ſit.

N Tertio notandum, quòd cõ
O ſequentia bona eſt duplex, alia
T formalis, quæ ſcilicet ratione
A. diſpoſitionis terminorũ, ideſt propoſitionum, quibus conſtat, tenet, & valet generaliter in omni materia, de qua illud eſt intelligendum, conſequentia, quę ſemel eſt bona, ſemper eſt bona, verbi gratia, omne A. eſt B. ſed omne B. eſt C. ergo omne A. eſt C. alia eſt conſequentia materialis, quę tenet, & valet ratione materiæ, qua conficitur, vt homo eſt riſibilis: ergo eſt rationalis, & hoc quidem conſideratione dignum eſt.

Quatuor ſunt ſpecies argumẽtationis. Aduertendũ quarto, quòd argumentationis ſpecies quatuor ſunt, enthimema, inductio, & exemplum, de quibus infra latiùs, præterquã de argumẽtatione, quę iã explicata eſt.

Vltimo valde notanda ſunt quædam præcepta pro argumentatione, exactè cognoſcenda, intelligendaq́;.

Septem regulæ pro argumẽtatione ponũtur. 1. Primum præceptum ſi conſequentia, eſt bona, & antecedens eſt verum, cõſequens etiã debet eſſe verum, quia ex vero non niſi verũ colligitur, quòd è contra non ſequitur, nam ſi conſequentia bona ſit, & conſequens verum, antecedens nõ neceſſariò eſt verum, quod ſic patet, Omnis homo eſt lapis: ergo omnis homo eſt ſubſtantia, ecce conſequentia bona, & conſequens verum, & antecedens falſum.

Secundum præceptum. Si conſequentia eſt bona, & conſequẽs falſum, antecedens etiã debet eſſe falſum, quia ex vero quãdoq; falſum colligitur. Nõ tamen è contra conſequentia eſt bona, & antecedens falſum: ergo & conſequens, quod videre eſt in exẽplo ſupra hoc, quia hoc præceptum ex primo infertur. 2.

Tertium præceptum, ſi conſequentia eſt bona, & antecedẽs poſſibile cõſequens etiam erit poſſibile: non tamen è contra, ſi conſequentia eſt bona, & cõſequens poſſibile, antecedens debet eſſe poſſibile, nam aliquando impoſſibile, quod acutiſſimè Ariſtoteles perſcrutatus eſt, dum dixit, ex impoſſibili ſequitur quodlibet poſſibile vel impoſſibile. 3.

Quartum præceptum. Si cõſequentia eſt bona, & conſequens impoſſibile, antecedens impoſſibile erit: non tamen è contra, ſi antecedẽs eſt impoſſibile, & bona conſequentia, cõſequens debet eſſe impoſſibile, imò aliquando poſſibile, & neceſſariũ, quę omnia facilè intuenti patent in exemplo poſito, & hoc 4. ex 3. infertur. 4.

Quintum

5. Quintum præceptum. Si cõſequentia eſt bona, & antecedens neceſſarium, conſequens etiam erit neceſſarium, verbi cauſa, omnis homo eſt rationalis: ergo omnis homo eſt riſibilis.

6. Sextum præceptum. Si conſequentia eſt bona, & antecedens contingens, conſequens erit contingens, vt Petrus currit, ergo mouetur.

7. Septimum & vltimum præceptum. Si conſequentia eſt bona, & conſequens contingens, antecedens non debet eſſe neceſſarium: & ad hæc reducũtur omnia præcepta, legeſq;, quæ ab aliis diuerſimodè tradũtur. Vide Soto.

Ex quibus omnibus colligitur duplex modus arguẽdi, primus eſt à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis valet conſequentia, vt, ſi Sol lucet dies eſt, ſed Sol lucet: ergo dies eſt. Secundus locus eſt à remotione, ſeu deſtructione conſequentis, ad remotionem, ſeu deſtructionem antecedentis, vt ſi Sol lucet dies eſt, ſed dies non eſt: ergo Sol non lucet, hæc modo ſciendi dicta ſint ſatis.

CAP. XX. & vlt.

De aſcenſu & deſcẽſu ſpeciebus argumentationis.

EXplicato genere facile eſt ei ſpecies cognoſcere: manifeſtũ eſt autem, quòd aſcenſus & deſcenſus ſpecies ſunt argumẽtationis, quod infra magis patebit. Huius autem vtilis tractatio eſt, & proficua, tũ ad ea, quæ ſequuntur capienda, tũ etiam ad bonum vſum ſupra dictorum habendum.

Inductio ergo ſeu aſcẽſus eſt argumẽtatio quędã, à ſingularibus ſufficienter enumeratis ad ad vniuerſale, progrediẽs, verbi cauſa, hic homo currit, & hic homo currit, & in cæteris ſimili modo: ergo omnis homo currit. Similiter deſcẽſus, ſeu reductio eſt argumẽtatio ab vniuerſali ad ſingularia ſufficiẽter enumerata, progrediens, verbi cauſa, omnis homo currit: ergo & hic homo currit, & hic homo currit, & in cæteris ſimili modo: in vtraq; autẽ definitione argumentatio ponitur loco generis, reliquę verò particulę locũ differentię obtinent, quibus, & inter ſe ſe, & à reliquis argumentationibus diſtinguuntur. Quid ſit inductio

Pro quo aduerte, quòd nomine ſingulare non intelligitur ſingulare ſimpliciter ſolũ, ſed quodlibet inferiùs ad vniuerſale, & nomine vniuerſale, non quodlibet vniuerſale, ſed vniuerſale taliũ indiuiduorũ, quia nõ erit bonus aſcenſus, hic homo

mo diſputat, & hic homo diſputat, & in cæteris ſimili modo: ergo omnis ignis calefacit.

Aſcẽſus & deſcẽſus quadruplex eſt.

Nota, quod aſcenſus, ſiue deſcenſus eſt quadruplex, copulatiuus, copulatus, diſiunctiuus & diſiunctus. Pro quibus intelligendis nota: quod dictio, et, ſumitur copulatiuè, & copulatim: copulatiuè ſumitur, quãdo coniungit diuerſas propoſitiones, verbi gratia, hic homo eſt animal, & hic homo eſt animal, & ſic de ſingulis, copulatim ſumitur quando coniungit diuerſos terminos, verbi gratia, Petrus, & Ioannes & Martinus currunt. Similiter dictio. vel, ſumitur dupliciter, diſiunctiuè, & diſiunctim: diſiunctiuè ſumitur quãdo diſiungit diuerſas propoſitiones, vt vel hic homo currit, vel hic homo currit: diſiunctim ſumitur, quã do diſiũgit diuerſos terminos, vt Petrus, vel Ioannes, vel Martinus. Quo poſito aſcenſus copulatiuus eſt à ſingularibus ſufficienter enumeratis ad vniuerſale, media coniunctione copulatiua, progreſſio: vt hic homo eſt animal, & hic homo eſt animal, & ſic de ſingulis: ergo omnis homo eſt animal. Aſcenſus diſiunctiuus eſt à ſingularibus ſufficienter enumeratis ad vniuerſale, media coniunctione diſiunctiua progreſſio, verbi gratia, vel hic homo currit, vel hic homo currit, & ſic de ſingulis: ergo aliquis homo currit. Aſcenſus copulatus eſt, à ſingularibus ſufficienter enumeratis ad vniuerſale media coniunctione copulatim progreſſio, vt hic Apoſtolus Dei, & hic Apoſtolus Dei ſunt duodecim: ergo omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim. Aſcenſus diſiunctus eſt à ſingularibus ſufficienter enumeratis ad vniuerſale media coniunctione diſiunctim progreſſio, vt vel hic homo, vel hic homo currit: ergo aliquis homo currit.

Pro cognoſcendis terminis, ſub quibus licet aſcendere vel deſcendere, ſunt quædam præcepta. Primum ſub termino ſupponente ſimpliciter, non licet aſcendere, nec deſcendere, & probatur, quoniam ſuppoſitio ſimplex eſt acceptio termini pro re, quam primo, & per ſe, & formaliter ſignificat, & talis ſupponit pro vna re tãtum: ergo non licet, aſcendere, vel deſcendere, verbi gratia, homo eſt ſpecies, non poteſt colligi: ergo hic homo eſt ſpecies. Similiter ſub termino ſupponente materialiter eadem ratione ſupra dicta, non poteſt fieri aſcenſus nec deſcenſus. Similiter ſub termino ſupponente ſingulariter non licet fieri, aſcenſus, nec deſcenſus eadem ratione: ſicq; ſolum relinquitur, quòd

Quinque regulæ ſeruãdę pro cognoſcẽdis terminis ſub quibus licet aſcendere.

confuſè, à diſtributo eſt incipiẽdum: ſi autẽ fuerint ęqualiter ſupponẽtes, vt in hac nullus homo eſt lapis, à quolibet poteſt incipi.

Tertio dico, quòd à relatiuo reciproco non debet fieri reſolutio priùs, quàm ab antecedẽti, imò reſoluendo antecedens reſoluitur & relatiuũ: verbi gratia, omnis homo eſt ipſemet, ergo hic homo eſt ipſemet, & ſic de ſingulis. & ratio eſt, quia relatiuum reciproçum ſupponit, & ſumit ſignificationẽ ab antecedenti.

Dubitatur 2. ſi inductio ſit conſequentia formalis. Secundo dubitatur, an inductio ſit conſequentia neceſſaria, an ſolùm topica, & probabilis? Aliqui affirmant, quòd inductio, in qua additur particula, & ſic de ſingulis, vel conſtãtia, id eſt, & iſti ſunt omnes, & non ſunt plura: eſt argumentatio neceſſaria. Alij verò contrarium dicunt. Nos tamẽ pro deciſſione veritatis, & quantũ attinet ad præſens negotium, dicimus.

1. Concl. Primò, quòd inductio, in qua non additur particula, & ſic de ſingulis, non eſt neceſſaria, & probatur, quoniã plus contineret conſequens, quàm antecedens, id eſt plures cauſas haberet, verbi gratia, hic homo currit: ergo omnis homo currit.

2. Cõcl. Dico ſecundo, quòd inductio, in qua additur, & ſic de ſingulis, &c. nõ eſt neceſſaria ſimpliciter, & abſolutè, ſed ſolùm probabilis, & topica, hæc concluſio probatur, quoniam Ariſtoteles in libris Topicorũ ſolùm agit de argumentis probabilibus, ſed illic agit de inductione: ergo ſolùm eſt argumẽtum probabile.

Secundo probatur, quoniã in inductione aſſumimus pro certo, quod eſt probandũ: ergo nõ eſt argumẽtatio neceſſaria. Probatur antecedẽs, in hoc aſcẽſu, hic homo currit, & hic homo currit, & ſic de ſingulis: ergo omnis homo currit, antecedens indiget probatione, ergo aſſumimus pro certo, quod debet probari.

3. Concl. Dico tertio, quòd inductio, in qua additur, & ſic de ſingulis, etſi non ſit neceſſaria ſimpliciter, eſt tamen ſecundum quid, & reductiuè: & probatur cõcluſio, ex illis, quæ diximus in principio capitis, quòd inductio eſt probabilior ad ſenſum, quàm ſyllogiſmus, ſed ſyllogiſmus eſt neceſſarius ſimpliciter: ergo inductio ſecundum quid.

Probatur 2. Secundo probatur, quoniã inductio deſeruit ad conuincẽdum proteruum, verbi gratia, ſi quis neget hanc propoſitionem, omnis homo eſt animal, fit aſcenſus, hic homo eſt animal, & ſic homo eſt animal, &

ſic de ſingulis: ergo omnis homo eſt animal: ergo inductio eſt conſequentia neceſſaria ſecundum quid.

Tertio nã inductio reducitur ad ſyllogiſmũ: ergo eſt neceſſaria reductione, probatur antecedens, hæc inductio hic homo currit, & hic homo currit, & ſic de ſingulis, ergo omnis homo currit, reducitur ad hũc ſyllogiſmum, omne, quod eſt Petrus & Paulus, & ſic de ſingulis currit, ſed omne quod eſt Petrus & Paulus, & ſic de ſingulis, eſt homo: ergo omnis homo currit.

NOTA. Sed quia diximus, quod inductio conducit ad ſuppoſitionem ponimus hanc regulã generalem: ſub omni termino ſupponenti, vel poteſt aſcendi, vel deſcendi, vel nõ: ſi non, ſupponit ſimpliciter vel materialiter, vel ſingulariter: ſi poteſt aſcendi vel deſcẽdi, & ſit copulatiuè, ſupponit diſtributiuè, ſi ſit diſiunctiuè ſupponit determinatè. Et eſt notãdum, quòd in aſcenſu, vel deſcenſu debet ſeruari idem ordo, qui ſeruatur in propoſitione vniuerſali, ideſt, quòd id, quòd ponitur in uniuerſali, & à parte ſubiecti, & prædicati, idem ponatur in propoſitione ſingulari. Et hæc de hoc cap. de inductione.

(.?.)

PARS

PARS TERTIA SVMMAE SVMMVLARVM,

De propoſitionis affectionibus.

CAPVT I.

De modo procedendi.

EX his, quæ in præcedenti parte attullimus (meo videri) ſatis ſuperque, ea quę ad propoſitionis quiditatem, ſuarumq; partium accidentia expectant manent explicata, ex quibus quidem ſanè intellectis facilè etiam erit, quæ in præſentiarum ſunt dicenda tenere: agredimur namq; propoſitionis compoſitionem, & inter ſe cōparationem, conuerſionē, ęquipolentiam, & quidem non ſolum ſimplicium propoſitionū, ſed etiam compoſitarum (quas modales communiter vocant) & hic erit ſecundus tractatus huius partis, nam in tertio de hypotetica propoſitione eiuſque multipli ſpecie agam, & in quarto & vltimo propoſitiones exponibiles, quæ ad vſum Dialecticorū non nihil emolumenti afferunt, facilitate qua potero & breuitate exponam.

Diuiditur tractatus.

(.?.)

CAPVT II.

De oppoſitione in cōmuni.

CVm idē impoſſibile ſit ſibimet opponi, vel cōtrariari: pugnātia neceſſario duo petit, quorū vnū alteri cōtrarietur & opponat: nō ſolū quidē in mēte, ſed etiā in voce, quæ, illius ſignum eſſe ſupra dicebamus. & ita ab Ariſt. 1. Elencho. & 1. de inter. & 1. Poſt definitur, quod ſit, affirmatio & negatio eiuſdē de eodem, ideſt, repugnantia duarū propoſitionum, quarum vna eſt affirmatiua altera negatiua eiuſdē ſubiecti & eiuſdem prædicati.

Quid ſit oppoſitio.

Pro quo aduerte, quod propoſitiones plures ſunt in duplici differētia: vt Petrus Hiſpan⁹ adnotauit, alię participāt vtroque extremo, ideſt conueniunt in ſubiecto & prædicatio: vt iſtæ, A. eſt B. B. eſt. A. alię vero nullo extremo participāt, vt A. eſt B. C. eſt D. aliæ participāt vno tantū extremo: vt hæc A. eſt B. A. eſt C. rurſus, participantes vtroque extremo, aliæ participant illud ordine eodē, vt A. eſt B. A. eſt. B. aliæ ordine conuerſo, quando ſcilicet prædicatum vnius eſt ſubiectū

Nota pro oppoſitione.


alterius, & cõtra, vt patet in primo exemplo. Item participantes, vtroq; extremo ordine eodem, aliæ oppoſitæ, aliæ non oppoſitæ, non oppoſitæ quarum vtraque eſt affirmatiua, verbi cauſa. A. eſt B. A eſt B. oppoſitæ quarũ alia affirmans eſt alia negans, vt A. eſt B. non eſt B.

Oppoſitæ quadruplex & quæ.

Tandem oppoſitæ ſunt quadruplices, aliæ contradictorię, ideſt duæ propoſitiones, vna vniuerſalis, alia particularis, vna affirmans, alia negãs, verbi cauſa, omnis A. eſt B. quidam A. non eſt B. hoc autem intelligẽdum iudico quando ſubiectũ eſt commune: nam ſi ſit ſingulare in vna, in alia etiam manebit ſingulare, verbi cauſa, Petrus currit, Petrus non currit. Aliæ ſunt contrariæ, ideſt duæ propoſitiones vniuerſales vna affirmans altera negans: vt omnis A. currit, nullus A. currit, aliæ ſunt ſubcontrarię, ſcilicet duæ propoſitiones particulares vel indefinitę, vna affirmãs, alia negans: vt homo currit homo non currit. Demum aliæ dicuntur ſubalternæ, quæ non ſunt oppoſitę, cum vtraq; debeat eſſe affirmans, vel negans, ſed vna debet eſſe vniuerſalis alia particularis, verbi cauſa, omnis A. currit aliquis A. currit, ideo enim ſic dicũtur, quia vna ſub altera collocatur: numerantur autẽ hic ab omnibus inter oppoſitas, nõ quia ſunt vt dictũ eſt oppoſitę, ſed quia inter has inueniuntur, vt videre eſt in ſequenti figura. Iam ergo oppoſitio in communi, pugnãtia eſt duarum propoſitionum eiuſdem ſubiecti & eiuſdẽ prædicati ordine eodem, pugnantia inquam veritate & falſitate vt cõtradictorię, quę nec ſimul veræ nec falſę eſſe poſſunt: vel ſola veritate vt in cõtrariis contingit, licet enim poſſint eſſe ſimul falſæ non tamen ſimul veræ, vel ſola falſitate, vt in ſubcontrariis euenit, quæ ſimul verę non tamen ſimul falſæ poſſunt dari: de quibus omnibus infra ſtatim latiùs dicendum in particulari. interim exẽpla clara ſunt.

Oppoſitio in cõmuni, quid ſit.

C. A.



C A P V T III.

De conditionibus requiſitis generaliter ad omnẽ oppoſitionem.

1. Conditio pro oppoſitione in communi.

QVædam conditiones ſunt generaliter requiſitæ ad oppoſitionẽ, quædam vero ad particularẽ oppoſitionẽ: pro oppoſitione in cõmuni ex definitione colliguntur. Prima eſt quod propoſitiones participẽt vtroq; extremo ordine eodẽ: ideſt quod idem ſit in vtraque ſubiectum & idem prædicatũ, voce, ſignificatione, re, & nomine: ideſt quod ſit vniuocũ: quare iſte non oponuntur, canis latrat, canis non latrat. Vtrum vero impediat oppoſitionem, quod ſubiectum differat nomine, vt enſis eſt acutus gladius non eſt acutus? dico quod ſunt oppoſitæ de lege non autẽ de modo enuntiandi, quod infra patebit.

2. Cõditio ad idem.

Secunda conditio, quod ſeruetur idem genus, quantum ad propriam & impropriam, ſimplicem & perſonalem, naturalem & accidentalem ſuppoſitionẽ: penes vero determinatã, diſtributiuam & confuſam va-

riationis, tollit oppoſitionem: quare iſtę non opponuntur, homo eſt ſpecies, nullus homo eſt ſpecies: quia mutatur ſuppoſitio, ſimiliter, debet ſeruari eadem reſtrictio, quare iſtæ non opponuntur A. legebat A. legit, eademque ampliatio, & eadem appellatio, quare vidi Papam: nullum Papam vidi non opponuntur.

3. Conditio ad idem. Tertia cõditio, quod propoſitiones ſint oppoſitæ qualitatis, ideſt vna affirmatiua altera vero negatiua: quæ debent attendi penés copulam principalem, non penés minus principalē, vt vidimus ca. 8. de qualitate propoſitionū: quare iſtæ non opponuntur A. qui legit docet A. qui non legit docet: quę omnia cõprehenduntur, ſub illo, eiuſdē de eodē affirmatio & negatio. Vnde Ariſtote. 4. Perih. poſita eadē definitiōne oppoſitionis, adiecit, & quęcunq; diximus ad vitãdas moleſtias Sophiſtarū: ſi enim idē de eodem prędicatur vniuoce, affirmatio & negatio oppoſita erunt.

Nota ratio cõtradictionis reperitur principaliter in contradictoriis. Ad intelligēdas autē cõditiones oppoſitionis in particulari, eſt primo notandū, quod ratio perfecta cõtradictionis, principaliter reperitur in cõtradictoriis, ex veritate enim vnius colligitur falſitas alterius, & ē cõtra: & hoc eſt quod dicitur, veritate, aut falſitate formaliter repugnãtes: contrariæ vero, quia ſolū veritate pugnant, ex veritate vnius infertur alterius falſitas, ſed nō ē cõtra: quia poſſunt eſſe ſimul falſę. Itē in ſubcontrariis ex falſitate vnius infertur alterius falſitas, ſed non ē contra, quia nequeunt eſſe ſimul falſæ.

Notandum ſecundo, quod duplex eſt vniuerſalitas: alia cathegorematica, ideſt terminus communis reſoluendus copulatiuè: alia ſyncathegorematica, ideſt terminus ſyncathegorematicus copulatiuè reſoluendus, vt omnis, nullus. Similiter in proportione, particularitas duplex eſt, vna cathegorematica, ideſt terminus cõmunis reſoluendus diſiunctiuè, alia ſyncathegorematica, ideſt ſignum particulare diſiunctiuè reſoluēdum, vt aliquis, quidam poſſibiliter. 2. Nota. vniuerſalitas duplex.

Adde, quod ſigna quędam incompleta, partim ſunt vniuerſalia, partim particularia: vt vox omnis collectiuè, & aduerbiū modale contingenter, & poſſibiliter, & hę dicuntur vniuerſalitas incõpletę. Ex quo primo infero, quod aduerbia, quę nõ faciūt propoſitiones modales, ſed ſolum ſunt modi ipſarum, & determinationes ipſarum, neque ſunt vniuerſalitas, neq; particularitas ſimiliter, quod Signa diuerſimodè ſumpta. Illatio 1. dictis.

terminus ſupponens ſimpliciter, nec eſt vniuerſalitas, nec particularitas, eadem ratione dicta. Item vniuerſale ſignum quando eſt pars extremi, dicitur vniuerſalitas non vniuerſaliter tenta, vt in hac, quidquid eſt omne bonum eſt Deus.

1. Conditio pro contradictoriis.

His poſitis, ſit prima conditio pro contradictoriis, ad hoc vt aliquę propoſitiones ſint contradictoriæ, preter conditiones poſitas requiritur, quòd non maneat eadem vniuerſalitas, nec eadem particularitas in vtraque propoſitione: ſed quod vniuerſalitas vnius mutetur in particularitatem alterius, & è contra: itaq; nó maneat idem terminus distributus, nec indiſtributus in vtraque, ſed quod in vna diſtribuitur in altera non diſtribuatur, & è contra: exemplum patet in figura, quare iſtæ non ſunt contradictoriæ, omnis homo poſſibiliter eſt albus, aliquis homo poſſibiliter non eſt albus, quia manet eadem particularitas ſincathegorematica, & ſimiliter omnis homo eſt omnis homo, aliquis homo non eſt aliquis homo.

Nota pro hac conditione.

Circa quod aduertendum, quòd eſt hęc conditio intelligenda de vniuerſalitate, vniuerſaliter tenta, non autem quando vniuerſalitas eſt pars extremi quia tunc tam vniuerſalitas, quam particularitas debet in vtraque vniformiter manere, verbi cauſa, quid quid eſt omne bonum eſt apetibile: aliquid quod eſt omne bonum non eſt apetibile, contradictorię ſunt.

2. Conditio pro cõtrariis.

Secunda conditio, pro contrariis, in vtraque debet manere eadem vniuerſalitas, non tamen eadem particularitas, ideſt quod terminus ſupponens diſtributiuè in vna, ſimiliter in altera: terminus vero ſupponens in vna indiſtributiuè, in altera debet diſtribui, vt in exemplum in figura.

3. Conditio pro ſub cõtrariis.

Tertia conditio, pro ſub cõtrariis, ex parte ſubiecti debet manere, eadem particularitas ideſt quod ſubiectum in vtraque determinatè ſupponat, in prædicato vero vniuerſalitas negatiua debet mutari in particularitatẽ, vt patet in figura.

4. Conditio pro ſub alternis.

Quarta conditio, pro ſubalternis, ex parte ſubiecti vniuerſalitas vnius, debet mutari in particularitatem alterius, ex parte verò prædicati maneat idem predicatum, ideſt ſubiectum non debet manere diſtributum, neque indiſtributum in vtraque: prędicatum verò in affirmatiuis determinatè in vtraque ſupponit, in negatiuis vero diſtributiuè, quæ patent in figura.

Nota pro intelligentia dictorũ.

Pro huius maiori intelligentia ſciendum eſt, quod oppoſitæ propoſitiones ſunt in triplici differentia, verbi cauſa, contradictoriæ, quædam ſunt de lege ſolum, ideſt quæ veritate & falſitate pugnant (quæ vt poſtea videbimus lex eſt earum) aliæ ſunt de modo enuntiandi ſolum, quarum vna eſt affirmatiua, alia vero negans, particularis, non tamen legem ſeruat: vt omnis A. poſſibiliter eſt B. aliquis b. poſſibiliter nõ eſt A. aliæ vero ſunt de modo & lege enuntiandi ſimul, quibus nulla eſt prædictarum cõditionum: vt omnis A. eſt b. quidam A. non eſt b. & idem iudicium debet ſeruari in contrariis & ſubcontrariis.

CAPVT IIII.

Quomodo ſingulæ oppoſitiones cognoſcantur.

CIrca hanc materiam, antequam hinc diſcedamus pro cognoſcendis omnibus propoſitionibus, quæ oppoſitione opponantur. Dico & ſit regula generalis, poſitis duabus propoſitionibus vniuerſalibus, oppoſitæ qualitatis, eiuſdem de eodem, & affirmatiua infert cõtradictorium alterius, ſcilicet, negatiuæ & nõ infertur ab eo: illæ duæ propoſitiones contrariæ erũt, verbi cauſa, omnis homo currit, nullus homo currit, contrariæ erũt: quia affirmatiua infert hanc quidam homo currit, quæ eſt contradictoria negatiuæ, & nõ infertur ab ea, quia non valet quidam currit: ergo omnis, &c. quod autẽ tales ſint cõtrarię probo ſic: quia poſſunt eſſe falſæ ſimul non tamen verę ergo: probo antecedens, nam ſi non recte ſequitur aliquis homo currit, ergo omnis, &c. antecedens eſt verum, & conſequens falſum: quod ſi antecedens verum eſt, contradictorium eius eſt falſum, ſcilicet nullus homo currit: & ſimiliter eſt falſum, omnis homo currit cum ſit conſequens malæ conſequentiæ: ergo poſſunt eſſe falſæ duæ illæ propoſitiones, quod autem non poſſint eſſe veræ probatur, nam ſi bene ſequitur omnis homo currit: ergo aliquis, &c. vel antecedens eſt verũ, vel falſum? ſi falſum iam duæ propoſitiones nõ poſſunt eſſe veræ, ſi verum, ergo & conſequens, cum ſit conſequentia bona quare eius contradictoriũ, ſcilicet nullus homo currit, eſt falſum: ergo vtraq; nequit eſſe vera, & idem ẽ contra dico de negatiua.

1. Regula pro contrariis.

Dico ſecũdo, datis duabus propoſitionibus particularib⁹ oppoſitæ qualitatis, eiuſdẽ de eodem, & affirmatiua inferatur

2. Regula ſeu dictũ pro ſubcõtrariis.

ex contradictorio negatiuæ, & non inferat illud: propoſitiones illæ ſunt ſubcontrariæ: poſſunt enim dari ſimul veræ non autẽ ſimul falſæ. Probatur nam ſi contradictorium negatiuæ, ſcilicet omnis homo currit, infert hanc aliquis homo currit, vel antecedens eſt verũ vel falſum, ſi falſum, eius condictorium eſt verum, ſcilicet aliquis homo non currit, quę eſt altera particularis: quare vtraque non erit falſa, quod ſi ex hac particulari quidam homo currit non colligitur vniuerſalis, ergo omnis homo currit, antecedens eſt verũ & conſequẽs falſum, ergo illius contradictorium, ſcilicet quidam homo nõ currit erit verum, & conſequenter ambæ ſunt veræ, & eadem ratio valet arguẽdo à negatiua.

3. Regula pro contradictoriis. Dico tertio. Si dentur duæ propoſitiones oppoſitæ qualitatis eiuſdem de eodẽ, vna vniuerſalis alia particularis, & vna inferat contradictorium alterius, atque ex eo inferatur, ſunt contradictoriæ: quia nec ſimul falſę, nec ſimul veræ eſſe poſſunt.

4. Regula. Dico quarto (quod ex ſuperioribus ellicitur) propoſitiones quarum vna non infert cõtradictorium alterius, nec infertur ex eo, nullo modo opponũtur: quia poſſunt ſimul eſſe verę aut falſæ, probatur, ſint propoſitiones, omnis homo currit, omnis leo rugit, huius cõtradictorium eſt quidam leo nõ rugit, tũc ſic, ſi omnis homo currit non infert quidam leo non rugit: ergo poteſt ly omnis homo eſſe verum, & ly, quidam leo falſum: ergo eius contradictorium erit verum, ſcilicet omnis leo rugit: ergo omnis homo currit, & omnis leo rugit ſunt veræ. Similiter, ſi quidam leo non rugit, nõ infert hanc omnis homo currit: ergo ly quidam leo poteſt eſſe vera, & ſecunda falſa, tunc ſic quidam leo non rugit eſt vera: ergo eius contradictorium, ſcilicet omnis leo rugit eſt falſa, quare omnis leo rugit & omnis homo currit ſunt falſæ, & conſequenter non opponuntur: hæc tamen omnia debent Villalpã. intelligi, quando termini ſunt communes diſtributi & cõplecti. Vide hoc loco modernos.

Pro terminis vero ſingularibus, & vniuerſalitate incompleta ſint aliæ duæ regulę: prima, quãdo omnes termini ſunt ſingulares in vtraque propoſitione, per ſolam additionẽ negationis perfectè opponuntur contradictorię: vt in his Petrus eſt hoc album Petrus non eſt hoc album. 1. Regula pro terminis ſingularib.

Secunda regula, quando ſubiectum diſtribuitur incomplete, per ſolam antepoſitionem ni 2. Regula.

 nega-

negationis opponuntur perfe-ctè, verbi cauſa, omne animal fuit in arca Noë, non omne animal fuit in arca Noë, & hęc de hoc capite.

CAPVT V.

De materia propoſitionũ.

QVia in ſequenti capite, ponendæ ſunt oppoſitarum propoſitionum regulæ, quæ aliter in meteria naturali, aliter vero in contingenti illis competunt (omnes namq; in naturali materia, ſiue contradictoriæ, ſiue cõtrariæ, ſiue quæ ſub iſtis ſunt veritate & falſitate pugnant) ad pleniorem oppoſitionis intelligentiam, in hoc capite de earum materia neceſſario parua dicenda ſunt.

Quid ſit materia propoſitionis. Pro quo primò ſciendum, quod propoſitionis materia, vt eleganter tradit Sotus, nihil aliud eſt, quàm habitudo & ordo prædicati ad ſubiectum: & quoniam talis habitudo tripliciter poteſt contingere, perinde triplex eſt propoſitionis materia, ideſt naturalis, contingens, & remota: naturalis materia eſt, neceſſaria habitudo prędicati ad ſubiectum, ideſt quã do prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti, vel eius propria paſſio, vt homo eſt animal, homo eſt riſibilis. Contingens vero eſt habitudo, ſeu reſpectus, & connexio contingens prædicati cum ſubiecto: quando, ſcilicet prædicatum eſt accidens ſubiecti, quod poteſt ineſſe, & non ineſſe ſubiecto, vt homo eſt iuſtus: tandem remota materia, eſt, habitudo prædicati, repugnantis cum ſubiecto: quando, ſcilicet prædicatum nequit ſubiecto conuenire vt homo eſt lapis.

2. Nota penes quid eſt attendenda materia propoſitionis. 2. Secundo ſciendũ, quod propoſitionum materia eſt attendenda penes prædicatum: ita ſanè quod quantumcunque varietur propoſitio ſecundũ quantitatem, qualitatem, ampliationem, reſtrictionem, appellationem, ſi tamen prædicatum ex ſe, ſit de eſſentia ſubiecti, vel propria paſſio, eſt in materia naturali & ſic de aliis.

3. Neſciendũ, quod triplex ſit prædicatio. Tertiò ſciendum, quod prædicatio eſt in triplici differentia; alia eſt identica, alia diſparata, alia nec identica, nec diſparata; ſed medio modo ſe habens: identica eſt in qua idem de eodem dicitur: vt in his homo eſt homo b. eſt b. enſis eſt gladius; diſparata eſt quando prædicatum eſt diſparatum ſubiecti, vt homo eſt lapis.

4. Nota prędicatio media duplex, quid præ directa. Quarto ſciendũ, quod prædicatio media, ideſt neque idẽtica, nec diſparata, eſt duplex,

 alia

alia eſt directa, quando ſcilicet prædicatum ſe habet vt forma ſubiecti: id eſt quando prædicatur definitio, vel pars definitionis de ſuo definito, vel ſuperius de ſuo inferiori, vel accidens de ſubiecto, vt homo eſt animal, homo eſt iuſtus: quia prædicatum ſe habet, vt forma ſubiecti, directum enim eſt & proprium formæ, quòd ſubiecto ſuperueniat: quando ergo prædicatum, quod ſuperuenit ſubiecto vt eius formæ ſe habet, merito directa dicitur.

Quid prędicatio indirecta. Prædicatio verò indirecta, eſt contra, quando ſubiectum eſt forma prædicati, id eſt quãdo prædicatum eſt definitum de ſua definitione, vel ſubiectum de accidenti, vel etiam inferius de ſuo ſuperiori, vt animal homo, album homo.

Dubium difficilè. Dubium tamen eſt an propoſitio, in qua inferius prædicatur de ſuo ſuperiori, vt hæc animal eſt homo, & ſimiles ſint in materia naturali, vel potiùs in contingenti? 1. Sententia. Soto dicit, quòd eſt in contingenti, quia prædicatũ accidit ſubiecto, accidit. n. animali, quòd ſit homo: ergo eſt in contingenti, & confirmatur, quia prædicatum non dicitur verè de ſubiecto diſtributo, eſt enim falſum omne animal eſt homo, ſignũ ergo eſt, quod eſt in cõtingẽti. E contra verò aliqui tenẽt, ſcilicet, quòd ſunt in materia naturali, inter quos eſt Fonſ. li. 1. capit. 5. quẽ ego libenter ſequor, 2. Sententia. Reſpondetur ad dubium. & probatur: nã, verbi cauſa, hæc animal eſt homo ſequitur & infertur ex hac homo eſt animal, ſed iſta eſt in naturali: ergo & illa. Probatur 1. Secũdo probatur, nã illa propoſitio eſt per ſe neceſſaria in ſecũdo modo dicẽdi per ſe: ergo eſt in materia naturali, Probatur 2. anteceden̄s probatur, quia ſubiectum eſt de eſſentia prędicati, nam licet homo non ſit de eſſentia animalis in cõmuni, eſt tamen de eſſentia aliquorũ ſuppoſitorũ in cõmuni, ſcilicet illorũ, quæ ſub homine cõtinẽtur, nam in hac animal eſt homo, vox animal ſupponit pro ſuis ſuppoſitis, & homo pro natura ſimplici, & ſic verificatur locutio pro ſuppoſitis animalis, quę ſunt ſub homine: ideo prędicatũ eſt de eſſentia ſubiecti, quantũ ad ſuppoſita pro quibus verificatur de ipſo. Confirmatur. Confirmatur & declaratur, habitudo prædicati & ſubiecti, in illa propoſitione eſt neceſſaria, quia impoſſibile eſt, quòd prædicatum nõ conueniat ſubiecto: ergo idem quòd prius, & per hoc patet ad argumentũ Soti, negatur enim antecedens, & ad confirmationem dico ex ſupra dictis, quòd materia propoſitionis debet ſolũ attendi

atendi penes habitudinem præ dicati ad ſubiectum, nõ autem penes quantitatem, vel qualitatem, veritatem, ſeu falſitatem propoſitionis.

Illatio ex dictis. 1. Ex quibus omnibus infero primo, quod omnes propoſitiones quę efficiuntur ex terminis ſinonomis ſunt in materia naturali, vt indumentum eſt veſtis, & quæ conſtat ſimiliter ex terminis cõuertibilibus, vt homo eſt ſuſceptiuus diſciplinæ, ſimiliter & omnes, in quibus ſuperius de inferiori, vel è cõtra prędicantur, ſunt in materia naturali. In materia vero contingenti, ſunt omnes quæ conſtãt terminis impertinentibus vt album eſt dulce, & quarum prædicatũ poteſt ab eſſe ſubiecto: in materia vero remota ſunt, quæ terminis repugnantibus conſtant; vt cæcus eſt videns. Itẽ omnes propoſitiones, quæ ex eiſdem terminis efficiuntur, licet quantitate aut qualitate differant in eadẽ materia ſunt.

Dubiũ Si roges, in qua materia ſit Sortes eſt omnis homo? dico Reſpondetur. quod in remota, quia ſecundũ naturam prædicatũ repugnat ſubiecto: quod ſi dicas conſtare ex eiſdem terminis atq; hæc Sortes eſt homo, variata ſolum quantitate quod nil refert, & hæc in naturali eſt: ergo, &c. falſum aſſeuit, cũ enim omnis ſit pars extremi, non eiſdem terminis conſtat vtraque.

Secunda illatio, quod cum dicimus quod propoſitionis materia eſt triplex, nolumus dicere, quod aliqua materia ſit triplex, ideſt naturalis, contingens & remota, ſed ſenſus eſt, quod quæuis materia aliquo trium generum continetur, genere inquam materiæ naturalis, contingentis aut remotę, & ſic quemadmodũ vniuerſa materia triplex eſt, ſic etiam quæuis materia eſt triplex, ideſt aliquo trium generum cõtinetur: ſicuti dicitur quod propoſitio eſt oratio verum vel falſum ſignificans, non quod aliqua ſit, quæ verum vel falſum ſignificet, ſed quod quęuis propoſitio ſub hoc continetur genere, nam aut vera eſt aut falſa, vel vt dicit Soto, in hac propoſitione materia eſt triplex, vox triplex immobiliter ſupponit, ita vt non liceat colligere: ergo hæc materia eſt triplex. 2. Infertur.

Tertio infero, quod licet habitudo extremorum reſpectu prædicati & ſubiecti, ſit forma propoſitionis: reſpectu tamen actualis compoſitionis habet modum materiæ. 3. Illatio

Quarta infero, quod hæc propoſitio homo eſt mortuus, eſt in materia remota, quia prędicatum repugnat ſubiecto: homo enim niſi viuat, homo non eſt, repugnat autem, quod homo 4. Illatio

mo ſit, & quod mortuus: nam ſi homo, animal, ſi animal viuens ſenſibile, quod cum mortuo repugnat: & hęc de hoc capit.

CAPVT VI.

De legibus propoſitionum oppoſitarum.

IN hoc capite quaſi in epilogo (in ſuperioribus iam materia & oppoſitionis conditionibus datis) leges & natura omnium oppſitionum aperienda eſt.

1. Lex contradictoris. Pro quo dico primo, lex cõtradictoriarũ eſt, vt ſimul nec verę, nec falſę in nulla materia, neque in ſe, neque in aliis ſimilis formæ ſint, & hoc eſt per ſe notũ, nam quod vna affirmat alia negat.

2. Lex cõtrariarũ. Dico ſecundo, lex cõtrariarũ eſt, quod poſſint eſſe ſimul falſæ, non tamen ſimul verę in ſe vel in aliis ſimilis formæ, id eſt, quę habent omnes conditiones contrariarum (nam in materia naturali & remota omnes vt dictum eſt veritate ad quæ falſitate pugnant) ratio, quia ſi ſunt verę contrarię, duę cõtradictorię dãtur ſimul verę, nã ſi vniuerſalis eſt vera infert ex ſe particularẽ veram, quę cõtradictoria eſt alterius vniuerſalis, verbi cauſa, nullus A. eſt B. omnis A. eſt B omnis A. eſt B. infert hãc quidam A. eſt B. quę eſt contradictorium iſtius nullus A. eſt B. & ita duę cõtradictorię, ſcilicet particularis affirmans, & uniuerſalis negans verę erunt, & è contra.

3. Lex pro ſubcõtrariis. Dico tertio lex eſt ſubcontrariarum vt poſſint eſſe ſimul veræ in aliqua materia, ſcilicet incontingenti, non autẽ ſimul falſæ: (nam in naturali & remota ſolũ in ſimili forma hoc habẽt.) Ratio, quia ſi ille dẽtur ſimul falſę, duę contradictorię falſæ erunt, patet in hac, quidã A. eſt B. quidam A. non eſt B. ſunt falſæ: ergo vniuerſales ſuę erunt falſæ, nam ad falſitatem vniuerſalis ſufficit vna particularis: tũc ſic, vniuerſalis affirmatiua & particularis negans & è contra, contradictorię ſunt & falſæ: ergo darẽtur duæ contradictorię ſimul falſæ.

4. Lex pro ſubalternis. Dico quarto lex ſubalternarum eſt, vt ſi ſubalternans ſit vera, ſit etiam ſubalternata, quia ex ea infertur: & ſi particularis ſit falſa, ſit etiam vniuerſalis, quia vt dictum eſt, ad vniuerſalis falſitatem vna particularis ſufficit, & hoc intellige in omni materia & in ſimili forma & in aliis propoſitionibus.

Illatio. Ex quo infero ſubalternas nõ eſſe propriè oppoſitas, ſed ſolùm in quantitate diuerſas: quia non pugnant, nec verita-

te,

te, nec falſitate, nec etiam ſunt oppoſitæ qualitatis. Vnde definitio oppoſitionis Ariſtote. illis non conuenit: imo nec ſub contrariæ ſunt niſi voce oppoſitæ vt ait Ariſtot. 2. lib. Priorum. cap. 18. & 1. de interpret. capit. 5. & 6. in fine: re autem veræ non ſunt oppoſitæ, quia ſubiectum pro diuerſis ſumitur: vt patet in his quidam A. eſt B. quidam A. non eſt B tũ etiam, quia ſolùm falſitate pugnant, pugnantia verò in falſitate minima eſt: manent ergo oppoſitæ propriæ, duæ cõtradictoriæ & contrariæ, ſed de ſubcontrariis etiam agemus, quia voce ſunt oppoſitæ: huic fauet quod Ariſtot. in eodem lib. 1. cap. 5. & 6. commemorando oppoſitiones & oppoſitas propoſitiones, nihil de ſubcontrariis dixit.

Arg. cõtradicta. Sed dices duę cõtrariæ ſunt falſæ, ergo duæ ſubcontrariæ, erunt falſæ, patet conſequentia, quia ſunt particulares illarum vniuerſalium. Reſpondeo negando conſequentiam: nam ad falſitatem vniuerſalis, non eſt opus, vt particularis ſit falſa, ſed ſolum ſingularis: quia ſingularis falſa eſt, quæ vnum habet falſum, particularis verò falſa petit omnium ſingularium falſitatẽ: & ſic vbi ego (quod non memini) vel alius dixerit vniuerſalem falſam habere particularem falſam ſumunt particularem pro ſingulari, hoc fere argumentum hoc pacto ſoluit Ariſtoteles. 1. de interpretat. capit. 6. circa finem: non enim oportet vt particularis, ſiue indefinita, & eius vniuerſalis ſimul veræ vel falſæ exiſtant, hæc enim vera eſt homo eſt pulcher, ſecus nullus homo eſt pulcher, ſimiliter homo non eſt albus vera, hæc falſa nullus homo eſt albus.

Reſpõdetur ad argum.

Argu. 2. Sed dices rurſus, duæ ſingulares ſunt falſæ, quia ſuæ vniuerſales falſæ? ergo etiã duæ cõtradictoriæ falſæ. Reſpondetur, quòd nõ ſunt reſpectu eiuſdem, ſed vnum ſingulare, ſcilicet Petrus, reddit falſam affirmatiuã, aliud verò, ſcilicet Paulus, reddit ſimiliter negatiuã.

Reſpondetur.

Nota. Vt autem ea quæ dicta ſunt & dicenda radicitus penetrentur, antequam argumenta proponantur generaliter, ſciendũ eſt: primo, quod ſigna ſunt in duplici differentia, quædam ſunt completa, quæ ſcilicet purè copulatiuè, vel diſiunctiuè reſoluũtur: quædam verò ſunt incompleta, quæ partim, ſcilicet copulatiuè partim diſiunctiuè reſoluuntur: ideſt, quæ reſoluuntur copulatiuè ſubdiſiunctione, vel diſiunctiuè ſub copulatione.

Signa duplicia.

Et hæc in duplici differentia. Hęc autem rurſus ſunt in duplici differentia: quædam ſunt vni-

vniuerſalia, quædam vero particularia, incompletum vniuerſale eſt, quòd reſoluitur copulatiuè ſub diſiũctione, verbi cauſa, omne animal fuit in arca Noë, ſenſus eſt, de qualibet ſpecie animalis aliquod animal fuit, &c. quæ ſanè copulatiuè ſub diſiunctione reſoluitur, de hac ſpecie animalis hoc animal vel hoc animal fuit, & de hac ſpecie, &c. Signum vero incõpletum particulare eſt, quod reſoluitur diſiunctiuè ſub copulatione, verbi cauſa, in hac aliquod animal fuit, &c. ſenſus eſt de aliqua ſpecie animalis, nullũ fuit, ſic diſiunctiuè ſub copulatione reſoluitur, de hac ſpecie animalis hoc animal, & illud nõ fuit in arca Noë, vel de hac ſpecie hoc animal, & illud, &c. vnde hæc duo ſigna incõplete ſumpta, ideſt vniuerſale & particulare incompletum, ſe habent oppoſito modo: ita ſanè quòd vniuerſalizatur à ſigno vniuerſali incompleto, particularizatur à ſigno particulari incompleto, & è contra: vt ad ſenſum patet per ſuas exponibiles ſupra datas.

Illatio 1. ex dictis Ex quo colligo primo, quod iſtæ duæ propoſitiones, omne animal fuit in arca Noë, aliquod animal non fuit in arca Noë, ſi ly omne & aliquod ſumantur in vtraq; cõpletè, cõtradicunt; vt ſit ſenſus de qualibet ſpecie, quodlibet animal, & affirmatiua eſt falſa, ſimiliter ſi in vtraq; ſigna maneãt incõpletè cõtradicunt, vt ſenſus ſit ſupra datus, ideſt de qualibet ſpecie aliquod animal: & tũc negatiua eſt falſa. Ratio eſt, quia in vtraq; non manet eadẽ vniuerſalitas, nec particularitas, vt patet in exemplo dato: & per hoc ſoluitur argumentũ omne animal fuit, aliquod animal non fuit, ſcilicet Plato.

2. Illatio ex dictis Secũdo colligo, quòd dictæ propoſitiones, ſi ſubiectum in affirmatiua diſtribuatur cõpletè, & in ſecũdo in cõpletè, ſunt cõtrariæ de lege: quia manet eadẽ vniuerſalitas in vtraq;, & affirmatiua diſtributa cõpletè, infert contradictoriã negatiuæ diſtributã, ſcilicet incõpletè: ſin verò in prima ſummatur in cõpletè, vt ſummitur in ſcriptura, & in ſecũdo cõplete, vt ſit ſenſus de aliqua ſpecie aliquod animal, ſunt ſubcontrariæ de lege, quia manet eadẽ particularitas in vtraq; propoſitione, animal enim vtrobiq; determinatè ſupponit, & quia affirmatiua incõpleta infertur ex contradictorio negatiuæ, ex vniuerſali complete diſtributa.

3. Illatio. Tertio colligo, quòd iſtæ propoſitiones, omne animal fuit in arca Noë, omne animal non fuit in arca Noë: & ſimiliter iſtæ aliquod animal fuit in arca

Noë,

Noë, aliquod animal non fuit in arca Noë, ſi ſignũ vtrobiq; accipiatur incompletè, nullam legem participant oppoſitionum, quia vtrobique manet eadem vniuerſalitas & eadẽ particularitas.

4. Illatio. Tandem vltimo infero ex omnibus dictis, quod hoc ſignum omnis, & omne, quãdoq; diſtribuit pro generibus ſingulorũ, quandoq; diſtribuit ſolũ ſpecies, & nõ indiuidua, quod idem eſt, quod incompleta diſtributio: quandoq; verò pro ſingulis generũ diſtribuit, quã do & indiuidua & ſpecies diſtribuit, & hęc eſt diſtributio perfecta. Similiter ly aliquod quandoq; particularizat pro generibus ſingulorum, ideſt quandoq; ſolũ ſpecies particularizat, & hæc eſt particularizatio incompleta: aliquando verò pro ſingulis generum, quando & ſpecies & indiuidua particularizat, & hæc eſt perfecta particularizatio: & per hoc ſoluitur argumentum triuiale omne animal, &c.

De ſignis ſpecialis cõfuſſionis. Sed quoniam ſpecialem ingerunt in hac materia difficultatem ſigna ſpecialis confuſſionis, de quibus ſuprà. Sciẽdum ſecundo pro primo ſigno, ſcilicet omnis collectiuè, quod dupliciter accipitur vno modo diſtributiuè, ideſt quando facit quod terminus cui iungitur pro omnibus ſuis ſignificatis accipiatur. Secundo modo collectiuè quando facit vt terminus cui iungitur, pro tota collectione ſummatur ſuorum ſignificatorum, vt in hac omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim, omnis populus Valliſoletanus fuit in concione.

De ſignis collectiuis. Tertio ſciendum, quòd terminus ſigno collectiuo affectus, nec eſt vniuerſalitas, nec particularitas. Sed habet ſe ad modũ termini ſingularis, quia tota collectio ſimul, res quędã eſt ſingularis, quantum ad modum enuntiandi, quæ de quolibet indiuiduo verificari non poteſt.

1. Illatio. Ex quo infero, quod talis terminus collectiuo ſigno affectus, debet manere eodem modo in vtraque contradictoria admodum termini ſingularis.

2. Illatio. Secundo infero, quòd propoſitio de omnis collectiue ratione ſubiecti, non poteſt habere contrariam, nec ſubcontrariam, quia per ſolam negationis aditionem, vt diximus ca. 1. variata qualitate contradictoriè opponũtur: vt omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim, non omnes Apoſtoli ſunt duodecim, & tunc negatiua eſt falſa, & per hoc patet ad quodã argumentum triuiale dę propoſitionibus de ly omnis collectiuo.

C A.

CAPVT VII.

De quibuſdam cõtra prædicta obiectionibus.

QVædam argumẽta hoc capite proponuntur, tum vt magis veritatis ratio pateat, tũ etiam vt ſophiſtarum figmenta diluantur: & quidem ea ſolum, quę quaſi cęterorũ capita ſunt & principium proponentur.

1. Argu. Primo argumẽtor aduerſus contradictoriarum leges, hæ ſunt contradictorię. Adam fuit omnis homo, Adam non fuit omnis homo, & dantur ſimul verę: ergo, &c. Prima patet, quia tempore quo fuit Adam nan fuit alius homo. Secunda etiam patet, quia Adam non fuit Noë, ergo non fuit omnis homo. Reſpõdetur primã eſſe verã, ſecundam vero falſam: ratio eſt, quia prima facit hũc ſenſum Adam fuit aliquo tempore omnis homo, cum ly, fuit tẽpus particulare ſignificet, ideſt Adam qui eſt vel fuit, in negatiua vero cũ negatio diſtribuat tẽpus in verbo incluſum, ęquiualet huic nullo tempore Adã fuit omnis homo, quę falſa eſt cum habeat vnam ſingularem falſam.

Replica contra ſolutionẽ. Sed cõtra, ſequitur, quod iſtæ contradictorię ſint ſimul verę, omnis homo fuit Adã aliquis homo non fuit Adã. probatur ſequela. Prima eſt vera, quia habuit unã de pręſenti verã hanc, ſcilicet omnis homo eſt Adã. ſecũda etiã patet, quia Noë nõ fuit Adã: ergo, &c. Reſpõdetur negando affirmatiuã eſſe verã. Ratio eſt, quia illa affirmatiua vniuerſalis, diſtribuit pro omnibus hominib⁹, qui fuerũt, nã ly omnis nõ eſt pars extremi, vt in alia, ſed potius totius propoſitionis, & ſic eſt falſa, quod patet per aſcẽſum vel deſcẽſũ, &c.

Secũdo argumẽtor, hę cõtradicũt, vterq; homo currit, alter homo nõ currit, & ſunt verę ſimul, ſi ex duobus hominibus vterq; currat, alter vero alterius vinarij hominũ non currat: ad hoc quidã, & multi volũt vt Soto, poſſe ſummi vterq; cõplete & incomplete. Sed reſpondetur cũ Merc. in germano & vero ſenſu, ly, vterq;, tantũ ſignificare duo vnius vinarij, & ly alter vnum vnius vinarij vnione, vnde ſi vnus binarius ſignetur contradicũt & affirmatiua eſt vera, ſecus vero minimè. 2. Argu.

Tertio argumentor hę ſunt contradictoriæ, ad ęquitandũ requiritur equs, nullus equs requiritur ad ęquitandũ, & tamẽ ſunt ſimul verę: ergo, &c. Prima patet. Secũda probatur per deſcẽſum, hic equs non requiritur: ergo, &c. Reſpondetur ſecũdã poſſe facere duplicẹ ſenſum. Primus eſt vt ly equs ſit cõ- 3. Argu.

fuſus,

fuſus, æquiualeat huic, non requiritur equs ad equitandũ, & ſic contradicunt. & ſecunda eſt falſa, neq; eſt deſcendendũ copulatiuè, ſed diſiunctim. Secundus eſt, vt ly equs ſtet determinatè, & ſic mutatur ſuppoſitio confuſa, quòd non licet vt ſupra notauimus: & ideo in illis miſſam vis cãtaui, non eſt contradictio: quia ſecũda facit hũc ſenſum, nullã miſſam in particulari vis cãtaui, quòd verum eſt, erunt tamen dictæ propoſitiones contradictoriæ, per ſolam additionẽ negationis: vel ſecundo reſpondetur cũ Buridano, vt refert hic Soto, quod nõ cõtradicũt, quia variatur appellatio formalis in materialẽ, requiritur enim in prima ſupra formale equi appellet, in ſecunda vero ſupra materiale. M. Soto tenet, quod ſunt ſubcontrariæ, quia affirmatiua infertur ex cõtradictorio negatiuæ, ſcilicet ex hac aliquis equs requiritur ad equitandum: melius & facilius Villalpan. reſpondet, quòd non ſunt contradictoriæ, quia mutatur ſuppoſitio à ſimplici in perſonalẽ, ſicut in his generatio eſt ęterna, nulla generatio eſt æterna, nam ly nullus adiectiuum eſt.

4. Argu. Quarto argumentor ad idẽ, iſtæ cõtradicunt, omnis homo falſo eſt animal, aliquis homo falſo non eſt animal, & dantur ſimul verę: ergo, &c. Probatur, in primis negatiua vera eſt, affirmatiua probatur per conuerſionẽ, hæc eſt bona conſequentia, omnis homo falſo eſt animal: ergo aliquod animal falſo eſt homo: conſequens eſt verũ ſignato, verbi cauſa, equo: ergo antecedẽs: reſpondetur nõ eſſe bonã conſequentiã, conſequẽs eſt verum: ergo & antecedens, quia in bona cõſequentia etiã ex impoſſibili poteſt verum inferri.

Quinto argumentor, ad idẽ, iſtę cõtradicũt, in ſequana ſunt piſces, in ſequana nõ ſunt piſces & dãtur ambo verę, ergo. Probatur minor, ideſt negatiua, pri mo in ſequana ſunt aliqua entia putà lapides, quę non ſunt piſces ergo: ſecundo in ſequana ſunt nõ piſces: ergo in ſequana non ſunt piſces, conſequentia eſt optima ab affirmatione ad negationẽ variato prædicato penes finitum & infinitum. Reſpondetur vtranq; rationem deficere, eo quod ſemper ex particulari vniuerſale colligitur, quòd nõ valet, ſicut nullus homo currit: ergo nullũ animal currit, ſic reſpondet Villapan. relictis nimiis, quæ à Soto hic multiplicantur. 5. Argu.

Sexto argumentor principaliter ad idem, iſtæ contradicũt, hæc propoſitio eſt falſa, hæc propoſitio non eſt falſa, ſi ly 6. Argu.

hæc,

hęc, ſignet vtrobique primam, & dantur ſimul falſæ: ergo, &c. Probatur, nam ſi prima eſt falſa: ergo eſt vera, quia dicit ſe eſſe falſam: & ſi eſt vera: ergo eſt falſa, quia dicit ſe eſſe falſam cum ſit vera: negatiua etiam ſi prima eſt falſa, falſa eſt, cum dicat non eſſe falſam, idem eſt de his ego mentior nunc, ego nõ mentior nunc, ſi nil aliud loquar, & ly nunc ſignet tempus cũ primum proferã, & de hac nulla propoſitio eſt vera, aliqua propoſitio eſt vera, quarũ ſignificata contra dicũt. & ſunt falſę, ſi prima tantũ ſit in mũdo.

Ad hæc & ſimilia Soto, & Petrus Hiſpanus ſereno fronte in fine Summularum mille modos poſſuit reſpondendi, & tandem nil concludit, alij vero fatentur in reflexiuis, ſecũdas contradictorias eſſe falſas, ſed non eſt opus hoc impugnare, vide Lemoſ. lib. 2. de erratis Dialecticorum cap. 22. qui defendit id non eſſe demente Ariſtotelis, ſed ad argumentum vix aliquid reſpondet.

Reſpondetur ad argumẽ. Reſpondetur tamen, impoſſibile eſſe, vt propoſitio, vel ſignum ſe ipſum adæquate ſignificet, ideſt tantum ſe ſignificet, quia definitio ſigni eſt, vt aliud à ſe ſignet. Secundo, quia ſi ſe tantum ſignaret, vel pro ſe tantum formaliter ſupponeret, ſequitur illud impoſſibile, ſcilicet duas contradictorias eſſe ſimul falſas, nam ſi ſummatur pro ſe, & ſe tantum ſignificet, concludit argumentum, ſed ſoluitur negando propoſitionem, vel ſignũ poſſe ſignificare ſe, vel ſupponi pro ſe tantum, ſed neceſſario ſignum debet ſummi pro alio quòd ſi aliud non fuerit, affirmatiua erit falſa: quia eius ſubiectum non exiſtit in propoſitione accidentali, & negatiua erit vera, quia eſt de ſubiecto non exiſtenti.

7. Argu. Septimo argumentor, ad idem & præcipuè contra hanc ſolutionem, iſtæ ſunt contradictoriæ quilibet homo currit, aliquis homo non currit, & ſunt verę, caſu quo omnes viui currãt, ergo. Prima patet, ſecũda probatur, Adã nõ currit: ergo aliquis homo non currit: conſequentia eſt bona, antecedens eſt verum: ergo & conſequens: confirmatur, negatiua non petit exiſtentiam ſubiecti, ad ſui veritatem, vt dictum eſt ſupra, ergo ſignari poteſt ſub eius ſubiecto aliquis non exiſtens, ſcilicet Adam. & ſic erit vera. Propter primam probationem pater Fonſec. lib. 8. c. 38. dicit negatiuam ampliare ad poſſibilia, & ſic erit vera negatq; contra dicere ſi ſubie-

ctum negatiuè reſtringatur ad præſens, ſed ſi hæc opinio vera eſſet, non poſſet aſſignari contradictoria negatiua reſtricta, ſcilicet aliquis homo non præſens non currit: & ſi ſubiectum ampliatur ad poſſibilia erit vera pro homine, qui poſſet eſſe viuus: tũ etiam, quia diſiũctiuè exponitur per deſcenſum, hic homo viuus non currit, hic homo non currit, vel ille nõ eſt viuus, & eſt vera ſignato non viuo, quia prima pars eſt vera per ampliationẽ negatiuæ, cũ poſſit propter id ſignari homo nõ viu⁹ ſub ſubiecto primę partis.

Reſpõdetur ad argumentum. Vnde iã ad argumentum aliter dicendũ, ſcilicet eſſe contradictorias, & negatiuã falſam in eo caſu: ratio per quam patet ad argumentũ eſt, quia cum non habeat ampliationẽ, vt probaui, & cõmuniter tenetur, ſubiectũ ſupponit pro pręſentibus: & ita eſt falſa, quia falſo negatur, quod currit in dicto caſu de eo pro quo ſupponit ſubiectũ negatiuæ. ſin vero nullũ ſignificatũ exiſtat ſubiecti, negatiua vera erit, quia ſic prædicatũ non cõuenit ſubiecto, licet ſubiectũ ſummatur pro ſignificato exiſtenti: quia cum non exiſtat non conueniet prædicatũ ſubiecto.

8. Argu. Octauo argumentor ad idẽ, hę contradicũt quilibet hominis equs currit, aliquis hominis equs non currit, & ſunt veræ caſu, quo omnes equi poſſeſſi ab homine currant. Prima patet ſecũda probatur, ſi Petrus nõ habeat equum, equs Petri nõ currit, & Petrus eſt homo: ergo equs hominis non currit. Innumera incõtradictoriis & ſyllogiſmis miſcẽtur ſophiſmata, in hoc & ſimilibus agregatis ex recto & obliquo, diſtinguntq́; alia agregata eſſe vnica quãdo præcedit rectus tuncq́; totũ id reſolui primo vt vnũ terminũ, & ſupponit vt vnũ: ſecũdo alia eſſe agregata non vnica, vel vt vocãt pluribus ſumpta, tuncq́; reſolui & ſupponi iuxta ſigna, quibus afficiũtur, quę ſunt quãdo præcedit obliquus.

His poſitis M. Soto, & aliqui dicunt ly hominis in negatiua virtute diſtribui, & ideo non valere dictũ argumentũ, quia eſt à non amplo ad amplũ diſtributum, alij dicunt in affirmatiua virtute diſtribui ly hominis, ſed non valere argumentũ, quia eſt à non amplo ad amplum negatiuè ſine conſtantia, quæ ſic erat ponenda, equs Petri eſt, adunt inſuper in acceptis vnice, ſigna inter vtrumque terminum poſita, vt ly cuiuslibet in hac propoſitione equs cuiuslibet hominis currit, fieri partẽ extremi: quia virtus ſigni non tranſit vltra, ſummiq́; pro equo communi omnium homi-

hominum: at in non vnicis, nec eſſe partem extremi, vt in hac cuiuslibet hominis equus currit, ſumuntq;, ita vt ſit vera caſu quo ſinguli homines habeant equm currentem, nullus tamen ſit omnium, quo caſu primam dicunt eſſe falſam,

Reſpondetur ad argumẽtum.

Ego tamen dicam quid ſentiam verius iuxta communem modum concipiendi, ſequarq; maximè Merc. fol. 44. Primo nihil referre quod obliqu⁹ pręcedat, vel ſequatur, ſed vtroq; modo ſupponi iuxta ſigna quibus afficitur, & ita in contradictoria mutandum ſignum, & ideo dictas non eſſe contradictorias, in vtraq; enim ly hominis ſtat determinatè. Secundo dico cũ determinatio, ſcilicet obliquus habeat plura ſuppoſita & inferiora, & ab eo pẽdeat determinabile, ſcilicet rect⁹, in reſtrictione, prius reſoluendam eſſe determinationẽ: vnde eſt, has propoſitiones cuiuslibet hominis equus currit, equus cuiuſlibet hominis currit ęquipollere eundemq; eſſe vtriuſq; ſenſum, vel vtrobiq; diſtributo obliquo pro ſingulis, vt ſignũ nõ fiat pars extremi, ſed ſit ſenſus (el cauallo de qualquier hõbre corre) licet nullus ſit omnium, vel ſi vtrobiq; ly cuiuslibet fiat pars extremi, & ſtet quaſi collectiuè, vt ſit ſenſus (el cauallo comun de todos corre) primus videtur germanior ſenſus, & id magis cõſonat modo dicto reſolutionis: aliis tamen oppoſitũ videtur ex conſuetudine, ſed diſtinguatur cũ poſſit habere vtrũq; ſenſum, & contradictoria illius in primo ſenſu eſt hęc, alicuius hominis qui libet equs non currit: in ſecundo verò hæc, quilibet equs cuiuslibet hominis non currit: quia ly cuiuslibet cum ſit pars extremi debet manere.

Obiectio contra ſolutionem.

Dices fortè obliquus in negatiua, cum reſoluatur poſito modo, ſcilicet ſic, equs nõ currit, vel ille non eſt hominis diſtribuitur? Reſpondetur, quòd hæc reſolutio fit poſtquam terminus per deſcẽſum deductus eſt ad ſuam ſingularem, quę cũ ſtet obliquus determinatè, vt dixi & ab eo incipiatur reſolutio ratione dicta, oſtẽſa vna ſingulari vera, erit propoſitio particularis vera, oſtenſo inquam vno homine cuius equs, quem cum non habeat non currit, ſingularis autẽ terminus, quia nõ poteſt diſtribui licet negetur non concludit ratio.

Illatio ad ſolutionem multorũ argumẽ.

Ex quo infero has propoſitiones, quilibet pater habens filiũ diligit ipſum met, aliquis pater habens filium nõ diligit ipſum met, non eſſe contradictorias: quia ly filium nullibi diſtribuitur: & ita ſunt veræ ſi patres habeant plures filios, quorum ali

 quos

86 quos diligant, aliquos verò minime M. Soto aliter in ſua opinione ait negatiuam eſſe falſam, quia virtute ly filius diſtribuitur, alij dicunt in affirmatiua diſtribui, neutrum mihi placet, quia vtraque videtur vera in dicto caſu: præterea, quia relatiuum reciprocum potius dependet in diſtribui, ſicut & in reſolui à ſuo antecedēti, quàm è contra, & ſic reſecantur multa ſophiſmata hic & in ſyllogiſmis.

2. Illatio. Secundo infero, quòd hæc quilibet pater habens filium diligit illum, aliquis pater habēs filium non diligit illum, contradicunt, ratione relatiui non reciproci diſtributi, cum in eo virtute diſtribuatur eius antecedens: & ſic ly filium diſtribuitur non vt præcedit prędicatum, ſed vt virtute reperitur & diſtribuitur in ſuo relatiuo.

3. Illatio. Tertio infero, quod hæc, quemlibet equum ſuum quilibet homo videt, aliquē equum ſuum aliquis homo non videt, non contradicunt, quia ly quēlibet, eſt pars prædicati, debebetq; manere eodem modo in vtraque propoſitione: nam licet voce præcedat cū ſit accuſatiuus verbi perſonalis, ſubſequitur ſenſu vt in hac (cū qua illa eſt eadem) quilibet homo videt quemlibet equū ſuum: ſunt ergo falſæ ſi ſinguli homines duos habeāt equos & vnū tantum videant.

9. Argu. Nono principaliter arguitor, hæ ſunt contradictoriæ, cuiuslibet contradictionis, ſi vna pars eſt vera altera eſt falſa, alicuius contradictionis non ſi vna pars eſt vera altera eſt falſa, & dātur ſimul verę, ergo, &c Prima patet, aliter duę contradictoriæ poſſent eſſe ſimul veræ. Secunda probatur, quia eſt particularis, & habet vnam particularem veram, ſcilicet hanc, Petrus currit & non currit, Petrus non currit, vel currit, quæ ſunt virtute copulatiua & diſiunctiua ex partibus contradicentibus, quę in ſenſu aduerbij ſaltem ſumpta diſiūctiua, contradicunt, & tamen ſi prima vera eſt, ſcilicet copulatiua, vera eſt ſecunda diſiunctiua: ergo ſi vna eſt vera altera eſt vera, & per conſequens non ſi vna eſt vera altera eſt falſa, antecedens probatur, quia à copulatiua ad quāuis partem bene valet ſic, Petrus currit & non currit: ergo Petrus currit, tūc vltra à parte diſiunctiuę ad totum in ſenſu aduerbij ſaltem bene valet, ſic, Petrus currit: ergo Petrus currit, vel non currit: ergo de primo ad vltimū ſi copulatiua eſt vera diſiunctiua eſt vera, & ſic probata eſt illa particularis vera alicuiꝰ cōtradictionis, &c.

Adidi

Adidi in ſenſu aduerbij ſaltem, quia in diſiunctiua non valet à parte diſiūctiuę ad totā: quia ſi vtraq; pars eſt vera diſiunctiua erit ſic falſa, & ita dabitur antecedens verū & conſequens falſum. Reſpōdet̃ eſſe cōtradictorias & negatiuā falſam, ad probationē fatemur ex illo impoſſibili quod dicta copulatiua ſit vera, bene ſequi modo dicto diſiunctiuam eſſe verā: quia tamē illud eſt impoſſibile, ſtat vt ſit bona conſequētia vbiq;, vna contradicens eſt vera, ergo altera eſt falſa, fundatur in illo modo, ſcilicet non poſſe eſſe cōtradictorias veras, & per conſequens illa propoſitio eſt falſa, alicuius contradictionis, &c. quia dicit in illis, id nō bene ſequi. cū ſequatur bene, licet etiā ſequatur oppoſitū in illis, quia admittit̃ illud impoſſibile, vel ſi admittatur, vt melius loquar.

Reſpondetur ad argumē.

Rogabit tamen quiſpiā quid erit ſi ego dicam hæc propoſitio eſt falſa, & nullam velim ſignare. Reſpondetur nec eſſe veram nec falſam, & per conſequēs nec propoſitionem: quia ſignificatio & ſuppoſitio pronominis demonſtratiui, hæc, pendet ex demonſtratione & caſu quo vna exiſtat vera propoſitio & alia falſa, patet clarius nil dici per illam propoſitionem ſi nil demonſtratur ſaltim intellectu: alia ratio eſt de his ego mentior, quia ſine dependentia à demonſtratione ſignificat me proferre mendacium in tempore moraliter pręſenti, & ita eſt falſa ſi nil aliud proferam. Hæc verò nulla propoſitio eſt falſa, ſi alia non exiſtat, vera eſt, quia diſtribuit neceſſario etiam pro alia, & ita eſt vera, quia pars, ſaltem ſubiectum non exiſtit, vt hæc nulli duo currunt ſi vnus tantum exiſtat.

Decimo & vltimo principaliter argumētor ad idem, Petrus, qui non loquitur mouetur, Petrus qui non loquitur non mouetur, ſunt cōtradictoriæ, vt hæc Petrus nō loquens mouetur, Petrus non loquens non mouetur, ſuntq́; falſę ſi loquatur. & moueatur. Prima patet, quia ſic exponitur Petrus mouetur & illę non loquitur, quę eſt falſa, quia ſecunda pars eſt falſa, & negatiua etiā eſt falſa, quia ſic reſoluitur Petrus nō mouetur, & ille non loquitur, imò licet reſoluatur diſiunctiuè ſic, Petrus non mouetur, vel ille non loquitur, quia vtraque pars eſt falſa. Reſpondetur negatiuam reſoluendam eſſe diſiunctiuè non tamen illo modo, ſed verbum, vel nomen poſitum cum oppoſito modo ponēdum, ſi eſt affirmatum negandum, & ſi negatum affirmandum, ſic Petrus non 10. Argu.

Reſpondetur ad argumē.

mouetur, vel ille loquitur, quæ eſt vera in dicto caſu, & hęc, hic equs Petri non mouetur, hic equs non mouetur, vel ille non eſt Petri, rationem huiuſmodi reſolutionis dant quidam, quia aliter, vt probatum eſt duæ cõtradictoriæ ſunt falſæ, ſed cum id intendat probare argumentum videtur petitio principij.

Quare dico rationem eſſe eam, quæ colligitur ex natura propoſitionis affirmatiuæ & negatiuæ: quia enim affirmatiua petit vnionem prædicati cũ ſubiecto, petit etiam vt ſubiectum cũ ea modificatione ſit, & ideo reſoluitur copulatiuè, & modificatio ponitur eo modo quo erat: quia vero negatiuæ natura & veritas non petit vnionem prædicati cum ſubiecto, non petit etiam vnionem partium ſubiecti inter ſe, & ad id denotandum ſubiectum modificatum vel reſtrictum nõ reſoluitur copulatiuè, ſed diſiunctiuè, ideoq; oppoſito modo ponitur illa modificatio, quia naturæ & veritati negatiuæ ſatis eſt, vt ea modificatio (ſiue affirmatiua, ſiue negatiua ſit) non conueniat illo modo, illi cui iungebatur, ſic enim prędicatum nõ conuenit omni ſubiecto cum non detur tale ſubiectum, & erit negatiua vera, cuius extrema non ſupponunt pro eodem, ideſt non ſunt idẽ.

Aduerte tamen diſiunctiuã per quam reſoluitur, facere ſenſum aduerbij ſaltem non diſiũctiuũ: quia ideo ſic reſoluitur, quia ad negatiuæ veritatem ſatis eſt alterum duorum, vel vt non ſit ſubiectum ſic modificatũ, vel quod licet ſit ei non conueniat prædicatum non tamen requiritur, vt alterum tantũ verum ſit, ſi enim vtrumq; verũ ſit, ſcilicet, quod nec detur tale ſubiectum, nec per conſequẽs ei conueniat prædicatum, adhuc vera erit propoſitio negatiua, & ſic non facit ſenſum diſtributiuum, & hæc de hoc capite. Nota pro ſolutione multorũ argum.

CAPVT VIII.

De propoſitionum æquipolentia.

QVomodo propoſitiones oppoſitæ participantes vtroque extremo fiant æquipollentes. ita ſanè vt mutuo ſe inferant, dicendum eſt: vt copiam propoſitionum ad argumenta ſubminiſtremus, quarũ etiam omnium fundamentum firmum eſt negationis natura, quòd quidquid poſt ſe inuenit deſtruit, &c. in paritas enim negationis negat, paritas vero afmat, quòd non debet intelligi quando plura nomina inter ſe independentia ad vnum verbũ refe-

referuntur, tunc enim negationis paritas negat etiam, vt nullo tempore, nullo loco aliquis homo videt negatiua eſt, ſenſus eſt nullus homo aliquo tempore, & loco videt, nec minus nota hanc negationem aduerbialem, nec, & neque, ſuaptè natua petere, vt ponatur alia ſimilis negatio, quæ continet virtute copulatiuam: & ita eius vis tãtum eſt negare de his vel illa, quæ ante ſecundam ponũtur, vt nec Petrus nec Paulus currit eſt negatiua, & prima negatio tantum negat de primo, ſecunda tantum de ſecundo, quia neutra poteſt negare verbum de vtroque: hincq; etiam eſt, vt hæc propoſitio, nec Petrus currit, nec Paulus ſedet, ſit copulatiua affirmatiua, cuius ſenſus eſt Petrus non currit, & Paulus nõ ſedet, nam ly, &, ratione dicta non poteſt negari ab illa negatione, nec primo poſita, ſicut cum dico nego formale copulæ verbalis manet affirmatum, ita particula, nec, reliquit affirmatam coniũctionem quam includit, & alia particula, nec, primo poſita, ratione dicta eam nõ poteſt negare.

Quid ſit æquipollentia. Cum vero æquipolere idem ſit quod idem valere (Hiſpane tanto monta) æquipolentia eſt concordia duarum propoſitionum eiuſdem ſubiecti & prædicati: ſit ergo iam prima regula generalis, ſi alicui ſigno ſiue particulari, ſiue vniuerſali, ſiue affirmatiuo, ſiue negatiuo proponatur negatio ęquiualet ſuo contradictorio: ideſt propoſitiones cõtradictorię fiunt ęquipolentes per ſolam additionẽ negationis, hæc enim, non omnis homo currit, æquiualet huic quidam homo non currit quæ contradictoriæ erant. 1. Regula pro æquipolentibus.

Secunda regula, ſi alicui ſigno vniuerſali, ſiue affirmatiuo, ſiue negatiuo, poſtponatur negatio æquiualet ſuo contrario, ideſt duæ contrariæ æquipollentes efficiuntur per ſolam negationis poſtpoſitionẽ, cuilibet ſubiecto earum, vt omnis homo non currit, huic æquiualet, nullus homo currit, quę cõtrarię erãt. VideSoto circa hãc regulam, quia ei limitationem ponit. 2. Regula.

Tertia, ſi alicui ſigno anteponatur & poſtponatur negatio, æquiualet ſuo ſubalterno, ideſt propoſitiones ſubalternę fiunt æquipollentes, per additionem & poſtpoſitionem negationis, verbi cauſa, nõ omnis homo non currit, quidam homo currit, quæ tres regulę illo verſiculo memoriæ mandantur. Præ, contradic, Poſt, contra, Præ, poſtque, ſubalter. 3. Regula.

Quarta, quæ pro corolario infertur, ſi in aliqua propoſitione po- 4. Regula.

n e ponantur duo ſigna negatiua, alterum à parte ſubiecti, alterum à parte prædicati, primũ æquiualet ſuo contrario per ſecundam regulam, quia poſtponitur negatio, ſecundum æquiualet ſuo cõtradictorio per primam regulam, quia præponitur negatio: ſenſus ergo huius propoſitionis nihil eſt nihil, talis eſt, quodlibet eſt aliquid.

De ſubcontrariis verò non ponitur æquipolentia, vel quia negatio poſtpoſita ſubiecto facit ſubcontrariam æquipolentem, & ita ſequitur modum cõtrariarum, vel melius, quia ſi affirmatiuæ poſtponatur in ſubiecto negatio, manet omnino eadem cum alia ſubcontraria, vt intuenti patet: æquipolentia autem licet concordia ſit, petit aliqualem diuerſitatem, ſi autẽ poſtponatur ſubiecto, negatiuæ ęquipolet quidem, ſed videtur ridiculum, pro ęquipolentia ſignorum memorię tradenda hæc carmina nota.

Non omnis, quidam, non omnis non, quaſi nullus.
Nõ nullus, quidã, ſed nullus non, valet omnis.
Non aliquis, nullus, nõ quidam non valet omnis.
Non alter, neuter, neuter non, præſtat vterque.

CAPVT IX.

De proſioſitionum conuerſione.

SVperioribus capitibus, dixi, de propoſitionibus participãtibus vtroq; extremo ordine eodem, in iſto de illis, quę ordine conuerſo participãt, dicere tentandũ eſt, eſt enim etiã valde vtilis cõuerſio inter alia, ad reductionẽ ſyllogiſmorum imperfectorum ad perfectos.

Sed quia ſpecies melius cognito genere cognoſcuntur, quid cõuerſio ſit aperiẽdũ eſt, eã non definiuit Petrus Hiſpa. M. Sot. ſic eã definit conuerſio eſt duarũ propoſitio[illegible]m cõſequentia formalis, quarũ vna infert alterã per ſolam tranſpoſitionẽ terminorum, verbi cauſa, nulla ſcientia eſt virtus: ergo nulla virtus eſt ſciẽtia, eſt ergo conuerſio locus quidã arguendi, cuius meminit Ariſt. 1. Priorũ. c. 2. Quãuis autẽ hęc ſit cõmunis definitio mihi non probatur, nã conuerſio in ſua ratione formali non dicit conſequẽtiam formalẽ, imò nec conſequentiã, patet nã hæc optima eſt conuerſio nullus A, eſt B. nullus B. eſt A. & in ea nulla cõſequentia reperitur. Quid ſit cõuerſio

Quare aliter videtur mihi definiẽdam (cum ab Ariſt nõ ſit definita) breuiter cũ Fõſ. ſuper

lib. 3.

lib. 3. c. 8. ex Auerro. Philop. & Nipho. 1. Priorum. cap. 2. conuerſio eſt, con mutatio extremorum propoſitionis ſeruata qualitate & veritate: vt nulla ſcientia eſt virtus, nulla virtus eſt ſcientia: vbi notãdum quod enuntiatio cuius extrema mutantur, conuerſa dicitur, quę vero ex mutatis coaleſcit & conficitur conuertẽs, quia debet, & qualitatem, ideſt affirmationẽ & negationem, & veritatẽ conuerſæ ſeruare, quę definitio pręterquam, quòd eſt grauiſſimorum authorum, conuenientius ſingulis ſpeciebus coaptatur, vt infra patebit.

Vera definitio cõuerſionis.

Nota. 2. Secundo ſciendũ, quod conuerſio duplex eſt, alia mutua, alia non mutua, mutua eſt quãdo conuerſa & conuertens mutuo ſe inferunt, vt in exemplo dato bene valet, nulla ſcientia eſt virtus, ergo nulla virtus eſt ſcientia, non mutua eſt, quãdo vna infert alteram, & non infertur ab illa, vt nulla ſcientia eſt virtus: ergo aliqua virtus nõ eſt ſcientia non tamen è contra.

Nota. 3. Tertio ſciendum, quòd cõuerſio quantũ ad ſpeciem triplex eſt: altera ſimplex, altera per accidens, altera per contrapoſitionẽ, cõuerſio ſimplex eſt cõmutatio extremorũ propoſitionis manente eadẽ qualitate, & veritate, & quãtitate, propoſitionis, vt nulla ſcientia eſt virtus, nulla virtus eſt ſcientia, quę ſimplex dicitur, & ab Ariſtot. vbi ſupra conuerſio in ſe ipſam, quia eadẽ propoſitio in ſe ipſam mutatur, & hac cõuerſione propoſitio vniuerſalis negatiua & particularis affirmans cõueruertuntur. Exemplũ primæ iam eſt datũ. Secundæ exẽplum ſit, aliqua ſcientia eſt virtus, aliqua virtus eſt ſcientia.

Conuerſio triplex.

Quid ſit cõuerſio ſimplex

Alia eſt conuerſio per accidens, ideſt per mutatio extremorum propoſitionis manente eadem qualitate, non tamen eadem quantitate, verbi cauſa, nulla ſcientia eſt virtus, aliqua virtus non eſt ſciẽtia, & hæc vocatur per accidẽs, quia per aliã non per ſe ipſam propoſitio conuertitur, & ab Ariſt. vbi ſupra conuerſio in partẽ, & hac conuerſione conuertũtur propoſitio vniuerſalis affirmans & negans: exẽplum primæ omnis A. eſt B aliquod B. eſt A. exẽplum ſecundæ, nullus A. eſt B. aliquod B. non eſt A.

Quid ſit cõuerſio per accidens.

Tertia ſpecies eſt per cõtrapoſitionem, ideſt cõmutatio extremorũ propoſitionis manente eadem qualitate & quantitate, mutatis terminis finitis in infinitos: & ſic vniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua conuertuntur, vt virtus non eſt ſcientia, ſic, non ſcientia, non eſt non virtus, hæc conuerſio fundatur in duobus

Quid ſit cõuerſio pro contrapoſitionem:

dictis

atendi penes habitudinem prædicati ad ſubiectum, nõ autem penes quantitatem, vel qualitatem, veritatem, ſeu falſitatem propoſitionis.

Illatio ex dictis. Ex quibus omnibus infero primo, quod omnes propoſitiones quę efficiuntur ex terminis ſinonomis ſunt in materia naturali, vt indumentum eſt veſtis, & quæ conſtat ſimiliter ex terminis cõuertibilibus, vt homo eſt ſuſceptiuus diſciplinæ, ſimiliter & omnes, in quibus ſuperius de inferiori, vel è cõtra prędicantur, ſunt in materia naturali. In materia vero contingenti, ſunt omnes quæ conſtãt terminis impertinentibus vt album eſt dulce, & quarum prædicatũ poteſt ab eſſe ſubiecto: in materia vero remota ſunt, quæ terminis repugnantibus conſtant; vt cæcus eſt videns. Itẽ omnes propoſitiones, quæ ex eiſdem terminis efficiuntur, licet quantitate aut qualitate differant in eadẽ materia ſunt.

Dubium. Si roges, in qua materia ſit Sortes eſt omnis homo? dico quod in remota, quia ſecundũ naturam prædicatũ repugnat ſubiecto: quod ſi dicas conſtare ex eiſdem terminis atq; hæc Sortes eſt homo, variata ſolum quantitate quod nil refert, & hæc in naturali eſt: ergo, &c. Reſpondetur. falſum aſſumit, cũ enim omnis ſit pars extremi, non eiſdem terminis conſtat vtraque.

2. Infertur. Secunda illatio, quod cum dicimus quod propoſitionis materia eſt triplex, nolumus dicere, quod aliqua materia ſit triplex, ideſt naturalis, contingens & remota, ſed ſenſus eſt, quod quæuis materia aliquo trium generum continetur, genere inquam materiæ naturalis, contingentis aut remotę, & ſic quemadmodũ vniuerſa materia triplex eſt, ſic etiam quæuis materia eſt triplex, ideſt aliquo trium generum cõtinetur: ſicuti dicitur quod propoſitio eſt oratio verum vel falſum ſignificans, non quod aliqua ſit, quæ verum vel falſum ſignificet, ſed quod quęuis propoſitio ſub hoc continetur generum, nam aut vera eſt aut falſa, vel vt dicit Soto, in hac propoſitione materia eſt triplex, vox triplex immobiliter ſupponit, ita vt non liceat colligere: ergo hæc materia eſt triplex.

3. Illatio. Tertio infero, quod licet habitudo extremorum reſpectu prædicati & ſubiecti, ſit forma propoſitionis: reſpectu tamen actualis compoſitionis habet modum materiæ.

4. Illatio. Quarto infero, quod hæc propoſitio homo eſt mortuus, eſt in materia remota, quia prędicatum repugnat ſubiecto: homo enim niſi viuat, homo non eſt, repugnat autem, quod homo

mo ſit,& quod mortuus: nam ſi homo,animal, ſi animal viuens ſenſibile,quod cùm mortuo repugnat: & hęc de hoc capit.

CAPVT VI.

D*e legibus propoſitionum oppoſitarum.*

IN hoc capite quaſi in epilogo (in ſuperioribus iam materia & oppoſitionis conditionibus datis) leges & natura omnium oppſitionum aperienda eſt.

1. Lex contradictionis. Pro quo dico primo,lex cõtradictoriarũ eſt, vt ſimul nec verę,nec falſę in nulla materia, neque in ſe,neque in aliis ſimilis formæ ſint, & hoc eſt per ſe notũ, nam quod vna affirmat alia negat.

2. Lex cõtrariarũ. Dico ſecundo, lex cõtrariarũ eſt, quod poſſint eſſe ſimul falſæ, non tamen ſimul verę in ſe vel in aliis ſimilis formæ, id eſt,quę habent omnes conditiones contrariarum (nam in materia naturali & remota omnes vt dictum eſt veritate ad quæ falſitate pugnant) ratio, quia ſi ſunt verę contrarię,duę cõtradictorię dãtur ſimul verę, nã ſi vniuerſalis eſt vera infert ex ſe particularẽ veram, quę cõtradictoria eſt alterius vniuerſalis,verbi cauſa, nullus A. eſt B. omnis A. eſt B omnis A. eſt B. infert hãc quidam A. eſt B. quę eſt contradictorium iſtius nullus A. eſt B.& ita duę cõtradictorię, ſcilicet particularis affirmans,& vniuerſalis negans verę erunt,& è contra.

3. Lex pro ſubcõtrariis. Dico tertio lex eſt ſubcontrariarum vt poſſint eſſe ſimul veræ in aliqua materia, ſcilicet in contingenti,non autẽ ſimul falſæ: (nam in naturali & remota ſolũ in ſimili forma hoc habẽt.) Ratio, quia ſi ille dẽtur ſimul falſę, duę contradictorię falſæ erunt,patet in hac, quidã A. eſt B. quidam A. non eſt B. ſunt falſæ: ergo vniuerſales ſuę erunt falſæ, nam ad falſitatem vniuerſalis ſufficit vna particularis: tũc ſic, vniuerſalis affirmatiua & particularis negans & è contra, contradictorię ſunt & falſæ: ergo darẽntur duæ contradictorię ſimul falſæ.

4. Lex pro ſubalternis. Dico quarto lex ſubalternarum eſt,vt ſi ſubalternans ſit vera,ſit etiam ſubalternata, quia ex ea infertur: & ſi particularis ſit falſa, ſit etiam vniuerſalis, quia vt dictum eſt,ad vniuerſalis falſitatem vna particularis ſufficit,& hoc intellige in omni materia & in ſimili forma & in aliis propoſitionibus.

Illatio. Ex quo infero ſubalternas nò eſſe propriè oppoſitas, ſed ſolùm in quantitate diuerſas; quia non pugnant, nec verita-

te,

te, nec falſitate, nec etiam ſunt oppoſitæ qualitatis. Vnde definitio oppoſitionis Ariſtote. illis non conuenit: imo nec ſub contrariæ ſunt niſi voce oppoſitæ vt ait Ariſtot. 2. lib. Priorum. cap. 18. & 1. de interpret. capit. 5. & 6. in fine: re autem veræ non ſunt oppoſitæ, quia ſubiectum pro diuerſis ſumitur: vt patet in his quidam A. eſt B. quidam A. non eſt B tũ etiam, quia ſolùm falſitate pugnant, pugnantia verò in falſitate minima eſt: manent ergo oppoſitæ propriæ, duæ cõtradictoriæ & contrariæ, ſed de ſubcontrariis etiam agemus, quia voce ſunt oppoſitæ: huic fauet quod Ariſtot. in eodem lib. 1. cap. 5. & 6. commemorando oppoſitiones & oppoſitas propoſitiones, nihil de ſubcontrariis dixit.

Arg. cõtradicta. Sed dices duę cõtrariæ ſunt falſæ, ergo duæ ſubcontrariæ, erunt falſæ, patet conſequentia, quia ſunt particulares illarum vniuerſalium. Reſpondeo negando conſequentiam: nam ad falſitatem vniuerſalis, non eſt opus, vt particularis ſit falſa, ſed ſolum ſingularis: quia ſingularis falſa eſt, quæ vnum habet falſum, particularis verò falſa petit omnium ſingularium falſitatẽ: & ſic vbi ego (quod non memini) vel alius dixerit vniuerſalem falſam habere particularem falſam ſumunt particularem pro ſingulari, hoc fere argumentum hoc pacto ſoluit Ariſtoteles. 1. de interpretat. capit. 6. circa finem: non enim oportet vt particularis, ſiue indefinita, & eius vniuerſalis ſimul veræ vel falſæ exiſtant, hæc enim vera eſt homo eſt pulcher, ſecus nullus homo eſt pulcher, ſimiliter homo non eſt albus vera, hæc falſa nullus homo eſt albus.

Reſpõdetur ad argum.

Argu. 2. Sed dices rurſus, duæ ſingulares ſunt falſæ, quia ſuæ vniuerſales falſæ? ergo etiã duæ cõtradictoriæ falſæ. Reſpondetur, quòd nõ ſunt reſpectu eiuſdem, ſed vnum ſingulare, ſcilicet Petrus, reddit falſam affirmatiuã, aliud verò, ſcilicet Paulus, reddit ſimiliter negatiuã.

Reſpondetur.

Nota. Vt autem ea quæ dicta ſunt & dicenda radicitus penetrentur, antequam argumenta proponantur generaliter, ſciendũ eſt: primo, quod ſigna ſunt in duplici differentia, quædam ſunt completa, quæ ſcilicet purè copulatiuè, vel diſiunctiuè reſoluũtur: quædam verò ſunt incompleta, quæ partim, ſcilicet copulatiuè partim diſiunctiuè reſoluuntur: ideſt, quæ reſoluuntur copulatiuè ſubdiſiunctione, vel diſiunctiuè ſub copulatione.

Signa duplicia.

Et hæc in duplici differentia. Hęc autem rurſus ſunt in duplici differentia: quædam ſunt vni-

vniuerſalia, quædam vero particularia, incompletum vniuerſale eſt, quòd reſoluitur copulatiuè ſub diſiũctione, verbi cauſa, omne animal fuit in arca Noë, ſenſus eſt, de qualibet ſpecie animalis aliquod animal fuit, &c. quæ ſanè copulatiuè ſub diſiunctione reſoluitur, de hac ſpecie animalis hoc animal vel hoc animal fuit, & de hac ſpecie, &c. Signum vero incõpletum particulare eſt, quod reſoluitur diſiunctiuè ſub copulatione, verbi cauſa, in hac aliquod animal fuit, &c. ſenſus eſt de aliqua ſpecie animalis, nullũ fuit, ſic diſiunctiuè ſub copulatione reſoluitur, de hac ſpecie animalis hoc animal, & illud nõ fuit in arca Noë, vel de hac ſpecie hoc animal, & illud, &c. vnde hæc duo ſigna incõplete ſumpta, ideſt vniuerſale & particulare incompletum, ſe habent oppoſito modo: ita ſanè quòd vniuerſalizatur à ſigno vniuerſali incompleto, particularizatur à ſigno particulari incõmpleto, & è contra: vt ad ſenſum patet per ſuas exponibiles ſupra datas.

Illatio 1. ex dictis Ex quo colligo primo, quod iſtæ duæ propoſitiones, omne animal fuit in arca Noë, aliquod animal non fuit in arca Noë, ſi ly omne & aliquod ſumantur in vtraq; cõpletè, cõtradicunt: vt ſit ſenſus de qualibet ſpecie, quodlibet animal, & affirmatiua eſt falſa, ſimiliter ſi in vtraq; ſigna maneãt incõpletè cõtradicunt, vt ſenſus ſit ſupra datus, ideſt de qualibet ſpecie aliquod animal: & tũc negatiua eſt falſa. Ratio eſt, quia in vtraq; non manet eadẽ vniuerſalitas, nec particularitas, vt patet in exemplo dato: & per hoc ſoluitur argumentũ omne animal fuit, aliquod animal non fuit, ſcilicet Plato.

Secũdo colligo, quòd dictæ propoſitiones, ſi ſubiectum in affirmatiua diſtribuatur cõpletè, & in ſecũdo incõpletè, ſunt cõtrariæ de lege: quia manet eadẽ vniuerſalitas in vtraq;, & affirmatiua diſtributa cõpletè, infert contradictoriã negatiuę diſtributã, ſcilicet incõpletè: ſin verò in prima ſummatur incõpletè, vt ſummitur in ſcriptura, & in ſecũdo cõplete, vt ſit ſenſus de aliqua ſpecie aliquod animal, ſunt ſubcontrariæ de lege, quia manet eadẽ particularitas in vtraq; propoſitione, animal enim vtrobiq; determinatè ſupponit, & quia affirmatiua incõpleta infertur ex contradictorio negatiuæ, ex vniuerſali completè diſtributa. 2. Illatio ex dictis

Tertio colligo, quòd iſtæ propoſitiones, omne animal fuit in arca Noë, omne animal non fuit in arca Noë: & ſimiliter iſtę aliquod animal fuit in arca 3. Illatio.

Noë,

Noë, aliquod animal non fuit in arca Noë, ſi ſignũ vtrobiq; accipiatur incompletè, nullám legem participant oppoſitionum, quia vtrobique manet ea dem vniuerſalitas & eadẽ particularitas.

4. Illatio Tandem vltimo infero ex omnibus dictis, quod hoc ſignum omnis, & omne, quãdoq; diſtribuit pro generibus ſingulorũ, quandoq; diſtribuit ſolũ ſpecies, & nõ indiuidua, quod idem eſt, quod incompleta diſtributio: quandoq; verò pro ſingulis generũ diſtribuit, quã do & indiuidua & ſpecies diſtribuit, & hęc eſt diſtributio perfecta. Similiter ly aliquod quandoq; particularizat pro generibus ſingulorum, ideſt quandoq; ſolũ ſpecies particularizat, & hæc eſt particularizatio incompleta: aliquando verò pro ſingulis generum, quando & ſpecies & indiuidua particularizat, & hæc eſt perfecta particularizatio: & per hoc ſoluitur argumentum triuiale omne animal, &c.

De ſignis ſpecialis cõfuſſionis. Sed quoniam ſpecialem ingerunt in hac materia difficultatem ſigna ſpecialis confuſſionis, de quibus ſuprà. Sciẽdum ſecundo pro primo ſigno, ſcilicet omnis collectiuè, quod dupliciter accipitur vno modo diſtributiuè, ideſt quando facit quòd terminus cui iungitur pro omnibus ſuis ſignificatis accipiatur. Secundo modo collectiuè quando facit vt terminus cui iungitur, pro tota collectione ſummatur ſuorum ſignificatorum, vt in hac omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim, omnis populus Valliſoletanus fuit in concione.

Tertio ſciendum, quòd terminus ſigno collectiuo affectus, nec eſt vniuerſalitas, nec particularitas. Sed habet ſe ad modũ termini ſingularis, quia tota collectio ſimul, res quędã eſt ſingularis, quantum ad modum enuntiandi, quæ de quolibet indiuiduo verificari non poteſt. De ſignis collectiuis.

Ex quo infero, quod talis terminus collectiuo ſigno affectus, debet manere eodem modo in vtraque contradictoria admodum termini ſingularis. 1. Illatio.

Secundo infero, quòd propoſitio de omnis collectiue ratione ſubiecti, non poteſt habere contrariam, nec ſubcontrariam, quia per ſolam negationis aditionem, vt diximus ca. 1. variata qualitate contradictoriè opponũtur: vt omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim, non omnes Apoſtoli ſunt duodecim, & tunc negatiuá eſt falſa, & per hoc patet ad quodã argumentum triuiale de propoſitionibus de ly omnis collectiuo. 2. Illatio.

C A.

CAPVT VII.

De quibuſdam cõtra prædicta obiectionibus.

QVædam argumēta hoc capite proponuntur, tum vt magis veritatis ratio pateat, tū etiam vt ſophiſtarum figmenta diluantur: & quidem ea ſolum, quę quaſi cęterorū capita ſunt & principium proponentur.

1. Argu. Primo argumētor aduerſus contradictoriarum leges, hæ ſunt contradictorię. Adam fuit omnis homo, Adam non fuit omnis homo, & dantur ſimul verę: ergo, &c. Prima patet, quia tempore quo fuit Adam nan fuit alius homo. Secunda etiam patet, quia Adam non fuit Noë, ergo non fuit omnis homo. Reſpōdetur primā eſſe verā, ſecundam vero falſam: ratio eſt, quia prima facit hūc ſenſum Adam fuit aliquo tempore omnis homo, cum ly, fuit tēpus particulare ſignificet, id eſt Adam qui eſt vel fuit, in negatiua vero cū negatio diſtribuat tēpus in verbo incluſum, ęquiualet huic nullo tempore Adā fuit omnis homo, quę falſa eſt cum habeat vnam ſingularem falſam.

Replica contra ſolutionē. Sed cōtra, ſequitur, quod iſtæ contradictorię ſint ſimul verę, omnis homo fuit Adā aliquis homo non fuit Adā. probatur ſequela: Prima eſt vera, quia habuit unā de pręſenti verā hanc, ſcilicet omnis homo eſt Adā. ſecūda etiā patet, quia Noë nō fuit Adā: ergo, &c. Reſpōdetur negando affirmatiuā eſſe verā. Ratio eſt, quia illa affirmatiua vniuerſalis, diſtribuit pro omnibus hominib⁹, qui fuerūt, nā ly omnis nō eſt pars extremi, vt in alia, ſed potius totius propoſitionis, & ſic eſt falſa, quod patet per aſcēſum vel deſcēſū, &c.

Secūdo argumētor, hę cōtradicūt, vterq; homo currit, alter homo nō currit, & ſunt verę ſimul, ſi ex duobus hominibus vterq; currat, alter vero alterius vinarij hominū non currat: ad hoc quidā, & multi volūt vt Soto, poſſe ſummi vterq; cōplete & incomplete. Sed ręſpondetur cū Merc. in germano & vero ſenſu, ly, vterq;, tantū ſignificare duo vnius vinarij, & ly alter vnum vnius vinarij vnione, vnde ſi vnus binarius ſignetur contradicūt & affirmatiua eſt vera, ſecus vero minimè. 2. Argu.

Tertio argumentor hę ſunt contradictoriæ, ad ęquitandū requiritus equs, nullus equs requiritur ad ęquitandū, & tamē ſunt ſimul veræ: ergo, &c. Prima patet. Secūda probatur per deſcēſum, hic equs non requiritur: ergo, &c. Reſpondetur ſecūdā poſſe facere duplicē ſenſum. Primus eſt vt ly equs ſit cōfuſus, 3. Argu.

fuſus, æquiualeat huic, non requiritur equus ad equitandũ, & ſic contradicunt. & ſecunda eſt falſa, neq; eſt deſcendendũ copulatiuè, ſed diſiunctim. Secundus eſt, vt ly equus ſtet determinatè, & ſic mutatur ſuppoſitio confuſa, quòd non licet vt ſupra notauimus: & ideo in illis miſſam vis cãtaui, non eſt contradictio: quia ſecũda facit hũc ſenſum, nullã miſſam in particulari vis cãtaui, quòd verum eſt, erunt tamen dictæ propoſitiones contradictoriæ, per ſolam additionẽ negationis: vel ſecundo reſpondetur cũ Buridano, vt refert hic Soto, quod nõ cõtradicũt, quia variatur appellatio formalis in materialẽ, requiritur enim in prima ſupra formale equi appellet, in ſecunda vero ſupra materiale. M. Soto tenet, quod ſunt ſubcontrariæ, quia affirmatiua infertur ex cõtradictorio negatiuæ, ſcilicet ex hac aliquis equus requiritur ad equitandum: melius & facilius Villalpan. reſpondet, quòd non ſunt contradictoriæ, quia mutatur ſuppoſitio à ſimplici in perſonalẽ, ſicut in his generatio eſt ęterna, nulla generatio eſt æterna, nam ly nullus adiectiuum eſt.

4. Argu. Quarto argumentor ad idẽ, iſtæ cõtradicunt, omnis homo falſo eſt animal, aliquis homo falſo non eſt animal, & dantur ſimul verę: ergo, &c. Probatur, in primis negatiua vera eſt, affirmatiua probatur per conuerſionẽ, hæc eſt bona conſequentia, omnis homo falſo eſt animal: ergo aliquod animal falſo eſt homo: conſequens eſt verũ ſignato, verbi cauſa, equo: ergo antecedẽs: reſpondetur nõ eſſe bonã conſequentiã, conſequẽs eſt verum: ergo & antecedens, quia in bona cõſequentia etiã ex impoſſibili poteſt verum inferri.

5. Argu. Quinto argumentor, ad idẽ, iſtę cõtradicũt, in ſequana ſunt piſces, in ſequana nõ ſunt piſces & dãtur ambo verę, ergo. Probatur minor, ideſt negatiua, primo in ſequana ſunt aliqua entia putà lapides, quę non ſunt piſces ergo: ſecundo in ſequana ſunt nõ piſces: ergo in ſequana non ſunt piſces, conſequentia eſt optima ab affirmatione ad negationẽ variato prædicato penes finitum & infinitum. Reſpondetur vtranq; rationem deficere, eo quod ſemper ex particulari vniuerſale colligitur, quòd nõ valet, ſicut nullus homo currit: ergo nullũ animal currit, ſic reſpondet Villapan. relictis nimiis, quæ à Soto hic multiplicantur.

6. Argu. Sexto argumentor principaliter ad idem, iſtæ contradicũt, hæc propoſitio eſt falſa, hæc propoſitio non eſt falſa, ſi ly

hæc,

hęc,ſignet vtrobique primam, & dantur ſimul falſæ:ergo, &c. Probatur,nam ſi prima eſt falſa:ergo eſt vera,quia dicit ſe eſſe falſam: & ſi eſt vera:ergo eſt falſa, quia dicit ſe eſſe falſam cum ſit vera: negatiua etiam ſi prima eſt falſa, falſa eſt,cum dicat non eſſe falſam,idem eſt de his ego mentior nunc, ego nõ mentior nunc, ſi nil aliud loquar, & ly nunc ſignet tempus cũ primum proferã, & de hac nulla propoſitio eſt vera, aliqua propoſitio eſt vera, quarũ ſignificata contra dicũt.& ſunt falſę,ſi prima tantũ ſit in mũdo.

Ad hæc & ſimilia Soto, & Petrus Hiſpanus ſereno fronte in fine Summularum mille modos poſſuit reſpondendi, & tandem nil concludit, alij vero fatentur in reflexiuis,ſecũdas contradictorias eſſe falſas, ſed non eſt opus hoc impugnare,vide Lemoſ.lib.2.de erratis Dialecticorum cap.22.qui defendit id non eſſe demente Ariſtotelis, ſed ad argumentum vix aliquid reſpondet.

Reſpondetur ad argumẽ. Reſpondetur tamen,impoſſibile eſſe,vt propoſitio, vel ſignum ſe ipſum adæquate ſignificet, ideſt tantum ſe ſignificet, quia definitio ſigni eſt, vt aliud à ſe ſignet. Secundo, quia ſi ſe tantum ſignaret, vel pro ſe tantum formaliter ſupponeret, ſequitur illud impoſſibile, ſcilicet duas contradictorias eſſe ſimul falſas, nam ſi ſummatur pro ſe, & ſe tantum ſignificet,concludit argumentum, ſed ſoluitur negando propoſitionem,vel ſignũ poſſe ſignificare ſe, vel ſupponi pro ſe tantum, ſed neceſſario ſignum debet ſummi pro alio quòd ſi aliud non fuerit, affirmatiua erit falſa: quia eius ſubiectum non exiſtit in propoſitione accidentali, & negatiua erit vera, quia eſt de ſubiecto non exiſtenti.

Septimo argumentor, ad idem & præcipuè contra hanc ſolutionem, iſtæ ſunt contradictoriæ quilibet homo currit, aliquis homo non currit, &ſunt verę,caſu quo omnes viui currãt,ergo.Prima patet,ſecũda probatur, Adã nõ currit: ergo aliquis homo non currit: conſequentia eſt bona, antecedens eſt verum: ergo & conſequens:confirmatur,negatiua non petit exiſtentiam ſubiecti, ad ſui veritatem, vt dictum eſt ſupra, ergo ſignari poteſt ſub eius ſubiecto aliquis non exiſtens, ſcilicet Adam. & ſic erit vera. Propter primam probationem pater Fonſec.lib.8. c.38.dicit negatiuam ampliare ad poſſibilia, & ſic erit vera negatq; contra dicere ſi ſubie- 7. Argu.

 ctum

hominum: at in non vnicis, nec eſſe partem extremi, vt in hac cuiuslibet hominis equus currit, ſumimq;, ita vt ſit vera caſu quo ſinguli homines habeant equm currentem, nullus tamen ſit omnium, quo caſu primam dicunt eſſe falſam,

Reſpondetur ad argumẽtum.

Ego tamen dicam quid ſentiam verius iuxta communem modum concipiendi, ſequarq; maximè Merc. fol. 44. Primo nihil referre quod obliqu⁹ prę cedat, vel ſequatur, ſed vtroq; modo ſupponi iuxta ſigna quibus afficitur, & ita in contradictoria mutandum ſignum, & ideo dictas non eſſe contradictorias, in vtraq; enim ly hominis ſtat determinatè. Secundo dico cũ determinatio, ſcilicet obliquus habeat plura ſuppoſita & inferiora, & ab eo pẽdeat determinabile, ſcilicet rect⁹, in reſtrictione, prius reſoluendam eſſe determinationẽ: vnde eſt, has propoſitiones cuiuslibet hominis equus currit, equus cuiuſlibet hominis currit ęquipollere eundemq; eſſe vtriuſq; ſenſum, vel vtrobiq; diſtributo obliquo pro ſingulis, vt ſignũ nõ fiat pars extremi, ſed ſit ſenſus (el cauallo de qualquier hõbre corre) licet nullus ſit omnium, vel ſi vtrobiq; ly cuiuslibet fiat pars extremi, & ſtet quaſi collectiuè, vt ſit ſenſus: (el cauallo comun de todos corre) primus videtur germanior ſenſus, & id magis cõſonat modo dicto reſolutionis: aliis tamen oppoſitũ videtur ex conſuetudine, ſed diſtinguatur cũ poſſit habere vtrũq; ſenſum, & contradictoria illius in primo ſenſu eſt hęc, alicuius hominis qui libet equs non currit: in ſecundo verò hæc, quilibet equs cuiuslibet hominis non currit: quia ly cuiuslibet cum ſit pars extremi debet manere.

Obiectio contra ſolutionem.

Dices fortè obliquus in negatiua, cum reſoluatur poſito modo, ſcilicet ſic, equs nõ currit, vel ille non eſt hominis diſtribuitur? Reſpondetur, quòd hæc reſolutio fit poſtquam terminus per deſcẽſum deductus eſt ad ſuam ſingularem, quę cũ ſtet obliquus determinatè, vt dixi & ab eo incipiatur reſolutio ratione dicta, oſtẽſa vna ſingulari vera, erit propoſitio particularis vera, oſtenſo inquam vno homine cuius equs, quem cum non habeat non currit, ſingularis autẽ terminus, quia nõ poteſt diſtribui licet negetur non concludit ratio.

Illatio ad ſolutionem multorũ argumẽ.

Ex quo infero has propoſitiones, quilibet pater habens filiũ diligit ipſum met, aliquis pater habens filium nõ diligit ipſum met, non eſſe contradictorias: quia ly filium nullibi diſtribuitur: & ita ſunt veræ ſi patres habeant plures filios, quorum ali

 quos

86 quos diligant, aliquos verò mi nime M. Soto aliter in ſua opi nione ait negatiuam eſſe falſam, quia virtute ly filius diſtribuitur, alij dicunt in affirmatiua diſtribui, neutrum mihi placet, quia vtraque videtur vera in dicto caſu: præterea, quia relatiuum reciprocum potius de pendet in diſtribui, ſicut & in reſolui à ſuo antecedēti, quàm è contra, & ſic reſecantur multa ſophiſmata hic & in ſyllogiſmis.

2. Illatio Secundo infero, quòd hæc quilibet pater habens filium di ligit illum, aliquis pater habēs filium non diligit illum, contradicunt, ratione relatiui non reciproci diſtributi, cum in eo virtute diſtribuatur eius antecedens: & ſic ly filium diſtribuitur non vt præcedit prędicatum, ſed vt virtute reperitur & diſtribuitur in ſuo relatiuo.

3. Illatio. Tertio infero, quod hæc, quemlibet equum ſuum quilibet homo videt, aliquē equum ſuum aliquis homo non videt, non contradicunt, quia ly quēlibet, eſt pars prædicati, debetetq; manere eodem modo in vtraque propoſitione: nam licet voce præcedat cū ſit accuſatiuus verbi perſonalis, ſubſequitur ſenſu vt in hac (cū qua illa eſt eadem) quilibet homo videt quemlibet equum ſuum: ſunt ergo falſæ ſi ſinguli homines duos habeāt equos & vnū tantum videant.

9. Argu. Nono principaliter arguitor, hæ ſunt contradictoriæ, cuiuslibet contradictionis, ſi vna pars eſt vera altera eſt falſa, alicuius contradictionis non ſi vna pars eſt vera altera eſt falſa, & dātur ſimul verę, ergo, &c Prima patet, aliter duę contradictoriæ poſſent eſſe ſimul veræ. Secunda probatur, quia eſt particularis, & habet vnam particularem veram, ſcilicet hanc, Petrus currit & non currit, Petrus non currit, vel currit, quæ ſunt virtute copulatiua & diſiunctiua ex partibus contradicentibus, quę in ſenſu aduerbij ſaltem ſumpta diſiūctiua, contradicunt, & tamen ſi prima vera eſt, ſcilicet copulatiua, vera eſt ſecunda diſiunctiua: ergo ſi vna eſt vera altera eſt vera, & per conſequens non ſi vna eſt vera altera eſt falſa, antecedens probatur, quia à copulatiua ad quāuis partem bene valet ſic, Petrus currit & non currit: ergo Petrus currit, tūc vltra à parte diſiunctiuę ad totum in ſenſu aduerbij ſaltem bene valet, ſic, Petrus currit: ergo Petrus currit, vel non currit: ergo de primo ad vltimū ſi copulatiua eſt vera diſiunctiua eſt vera, & ſic probata eſt illa particularis vera alicui⁹ cōtradictionis, &c.

Adidi in ſenſu aduer bij ſaltem, quia in diſiunctiua non valet à parte diſiũctiuę ad totã: quia ſi vtraq; pars eſt vera diſiunctiua erit ſic falſa, & ita dabitur antecedens verũ & conſequens falſum. Reſpõdet' eſſe cõtradictorias & negatiuã falſam, ad probationẽ fatemur ex illo impoſſibili quod dicta copulatiua ſit vera, bene ſequi modo dicto diſiunctiuam eſſe verã: quia tamẽ illud eſt impoſſibile, ſtat vt ſit bona conſequẽtia vbiq;, vna contradicens eſt vera, ergo altera eſt falſa, fundatur in illo modo, ſcilicet non poſſe eſſe cõtradictorias veras, & per conſequens illa propoſitio eſt falſa, alicuius contradictionis, &c. quia dicit in illis, id nõ bene ſequi, cũ ſequatur bene, licet etiã ſequatur oppoſitũ in illis, quia admitti' illud impoſſibile, vel ſi admitatur, vt melius loquar.

Reſpondetur ad argumẽ.

Rogabit tamen quiſpiã quid erit ſi ego dicam hæc propoſitio eſt falſa, & nullam velim ſignare. Reſpondetur nec eſſe veram nec falſam, & per conſequẽs nec propoſitionem; quia ſignificatio & ſuppoſitio pronominis demonſtratiui, hæc, pendet ex demonſtratione & caſu quo vna exiſtat vera propoſitio & alia falſa, patet clarius nil dici per illam propoſitionem ſi nil demonſtratur ſaltim intellectu; alia ratio eſt de his ego mentior, quia ſine dependentia à demonſtratione ſignificat me proferre mendacium in tempore moraliter pręſenti, & ita eſt falſa ſi nil aliud proferam. Hæc verò nulla propoſitio eſt falſa, ſi alia non exiſtat, vera eſt, quia diſtribuit neceſſario etiam pro alia, & ita eſt vera, quia pars, ſaltem ſubiectum non exiſtit, vt hæc nulli duo currunt ſi vnus tantum exiſtat.

10. Argu.

Decimo & vltimo principaliter argumẽtor ad idem, Petrus, qui non loquitur mouetur, Petrus qui non loquitur non mouetur, ſunt cõtradictoriæ, vt hæc Petrus nõ loquens mouetur, Petrus non loquens non mouetur, ſuntq; falſę ſi loquatur & moueatur. Prima patet, quia ſic exponitur Petrus mouetur & illę non loquitur, quę eſt falſa, quia ſecunda pars eſt falſa, & negatiua etiã eſt falſa, quia ſic reſoluitur Petrus nõ mouetur, & ille non loquitur, imò licet reſoluatur diſiunctiuè ſic, Petrus non mouetur, vel ille non loquitur, quia vtraque pars eſt falſa. Reſpondetur negatiuam reſoluendam eſſe diſiunctiuè non tamen illo modo, ſed verbum, vel nomen poſitum cum oppoſito modo ponẽdum, ſi eſt affirmatum negandum, & ſi negatum affirmandum, ſic Petrus non

Reſpondetur ad argumẽ.

mouetur, vel ille loquitur, quæ eſt vera in dicto caſu, & hęc, hic equs Petri non mouetur, hic equs non mouetur, vel ille non eſt Petri, rationem huiuſmodi reſolutionis dant quidam, quia aliter, vt probatum eſt duæ cõ tradictoriæ ſunt falſæ, ſed cum id intendat probare argumentum videtur petitio principij.

Quare dico rationem eſſe eam, quæ colligitur ex natura propoſitionis affirmatiuæ & negatiuæ: quia enim affirmatiua petit vnionem prædicati cũ ſubiecto, petit etiam vt ſubiectum cũ ea modificatione ſit, & ideo reſoluitur copulatiuè, & modificatio ponitur eo modo quo erat: quia vero negatiuæ natura & veritas non petit vnionem prædicati cum ſubiecto, non petit etiam vnionem partium ſubiecti inter ſe, & ad id denotandum ſubiectum modificatum vel reſtrictum nõ reſoluitur copulatiuè, ſed diſiunctiuè, ideoq; oppoſito modo ponitur illa modificatio, quia naturæ & veritati negatiuæ ſatis eſt, vt ea modificatio (ſiue affirmatiua, ſiue negatiua ſit) non conueniat illo modo, illi cui iungebatur, ſic enim prędicatum nõ conuenit omni ſubiecto cum non detur tale ſubiectum, & erit negatiua vera, cuius extrema non ſupponunt pro eodem, ideſt non ſunt idẽ.

Aduerte tamen diſiunctiuã per quam reſoluitur, facere ſenſum aduerbij ſaltem non diſiũctiuũ: quia ideo ſic reſoluitur, quia ad negatiuæ veritatem ſatis eſt alterum duorum, vel vt non ſit ſubiectum ſic modificatũ, vel quod licet ſit ei non conueniat prædicatum non tamen requiritur, vt alterum tantũ verum ſit, ſi enim vtrumq; verũ ſit, ſcilicet, quod nec detur tale ſubiectum, nec per conſequẽs ei conueniat prædicatum, adhuc vera erit propoſitio negatiua, & ſic non facit ſenſum diſtributiuum, & hæc de hoc capite. Nota pro ſolutione multorũ argum.

CAPVT VIII.
De propoſitionum æquipolentia.

QVomodo propoſitiones oppoſitæ participantes vtroque extremo fiant æquipollentes. ita ſanè vt mutuo ſe inferant, dicendum eſt: vt copiam propoſitionum ad argumenta ſubminiſtremus, quarũ etiam omnium fundamentum firmum eſt negationis natura, quòd quidquid poſt ſe inuenit deſtruit, &c. in paritas enim negationis negat, paritas vero aſmat, quòd non debet intelligi quando plura nomina inter ſe independentia ad vnum verbũ refe-

referuntur, tunc enim negationis paritas negat etiam, vt nullo tempore, nullo loco aliquis homo videt negatiua eſt, ſenſus eſt nullus homo aliquo tempore, & loco videt, nec minus nota hanc negationem aduerbialem, nec, & neque, ſuaptè natua petere, vt ponatur alia ſimilis negatio, quæ continet virtute copulatiuam: & ita eius vis tãtum eſt negare de his vel illa, quæ ante ſecundam ponũtur, vt nec Petrus nec Paulus currit eſt negatiua, & prima negatio tantum negat de primo, ſecunda tantum de ſecundo, quia neutra poteſt negare verbum de vtroque: hincq; etiam eſt, vt hæc propoſitio, nec Petrus currit, nec Paulus ſedet, ſit copulatiua affirmatiua, cuius ſenſus eſt Petrus non currit, & Paulus nõ ſedet, nam ly, &, ratione dicta non poteſt negari ab illa negatione, nec primo poſita, ſicut cum dico nego formale copulæ verbalis manet affirmatum, ita particula, nec, reliquit affirmatam coniũctionem quam includit, & alia particula, nec, primo poſita, ratione dicta eam nõ poteſt negare.

Quid ſit æquipollentia.

Cum vero æquipolere idem ſit quod idem valere (Hiſpane tanto monta) æquipolentia eſt concordia duarum propoſitionum eiuſdem ſubiecti & prædicati: ſit ergo iam prima regula generalis, ſi alicui ſigno ſiue particulari, ſiue vniuerſali, ſiue affirmatiuo, ſiue negatiuo proponatur negatio ęquiualet ſuo contradictorio: ideſt propoſitiones cõtradictorię fiunt ęquipolentes per ſolam additionẽ negationis, hæc enim, non omnis homo currit, æquiualet huic quidam homo non currit quæ contradictoriæ erant.

1. Regula pro æquipolentibus.

Secunda regula, ſi alicui ſigno vniuerſali, ſiue affirmatiuo, ſiue negatiuo, poſtponatur negatio æquiualet ſuo contrario, ideſt duæ contrariæ æquipollentes efficiuntur per ſolam negationis poſtpoſitionẽ, cuilibet ſubiecto earum, vt omnis homo non currit, huic æquiualet, nullus homo currit, quę cõtrarię erãt. Vide Soto circa hãc regulam, quia ei limitationem ponit.

2. Regula.

Tertia, ſi alicui ſigno anteponatur & poſtponatur negatio, æquiualet ſuo ſubalterno, ideſt propoſitiones ſubalternę fiunt æquipollentes, per additionem & poſtpoſitionem negationis, verbi cauſa, nõ omnis homo non currit, quidam homo currit, quæ tres regulę illo verſiculo memoriæ mandantur. Præ, contradic, Poſt, contra, Præ, poſtque, ſubalter.

3. Regula.

Quarta, quæ pro corolario infertur, ſi in aliqua propoſitione po-

4. Regula.

ne ponantur duo ſigna negatiua, alterum à parte ſubiecti, alterum à parte prædicati, primũ æquiualet ſuo contrario per ſecundam regulam, quia poſtponitur negatio, ſecundum æquiualet ſuo cõtradictorio per primam regulam, quia præponitur negatio: ſenſus ergo huius propoſitionis nihil eſt nihil, talis eſt, quodlibet eſt aliquid.

De ſubcontrariis verò non ponitur æquipolentia, vel quia negatio poſtpoſita ſubiecto facit ſubcontrariam æquipolentem, & ita ſequitur modum cõtrariarum, vel melius, quia ſi affirmatiuæ poſtponatur in ſubiecto negatio, manet omnino eadem cum alia ſubcontraria, vt intuenti patet: æquipolentia autem licet concordia ſit, petit aliqualem diuerſitatem, ſi autẽ poſtponatur ſubiecto, negatiuæ ęquipolet quidem, ſed videtur ridiculum, pro ęquipolentia ſignorum memorię tradenda hæc carmina nota.

Non omnis, quidam, non omnis non, quaſi nullus.
Nõ nullus, quidã, ſed nullus non, valet omnis.
Non aliquis, nullus, nõ quidam non valet omnis.
Non alter, neuter, neuter non, præſtat vterque.

CAPVT IX.

De propoſitionum conuerſione.

SVperioribus capitibus, dixi, de propoſitionibus participãtibus vtroq; extremo ordine eodem, in iſto de illis, quę ordine conuerſo participãt, dicere tentandũ eſt, eſt enim etiã valde vtilis cõuerſio inter alia, ad reductionẽ ſyllogiſmorum imperfectorum ad perfectos.

Sed quia ſpecies melius cognito genere cognoſcuntur, quid cõuerſio ſit aperiẽdũ eſt, eã non definiuit Petrus Hiſpa. M.Sot.ſic eã definit conuerſio eſt duarũ propoſitio[illegible]m cõſequentia formalis, quarũ vna infert alterã per ſolam tranſpoſitionẽ terminorum, verbi cauſa, nulla ſcientia eſt virtus: ergo nulla virtus eſt ſciẽtia, eſt ergo conuerſio locus quidã arguendi, cuius meminit Ariſt. 1. Priorũ. c. 2. Quãuis autẽ hęc ſit cõmunis definitio mihi non probatur, nã conuerſio in ſua ratione formali non dicit conſequẽtiam formalẽ, imò nec conſequentiã, patet nã hæc optima eſt conuerſio nullus A, eſt B. nullus B. eſt A. & in ea nulla cõſequentia repetitur. Quid ſit cõuerſio

Quare aliter videtur mihi definiẽdam (cum ab Ariſt nõ ſit definita) breuiter cũ Fõſ. ſuper

lib. 3.

lib. 3 c. 8. ex Auerro. Philop. & Nipho. 1. Priorum. cap. 2. conuerſio eſt, con mutatio extremorum propoſitionis ſerua ta qualitate & veritate: vt nulla ſcientia eſt virtus, nulla virtus eſt ſcientia: vbi notādum quod enuntiatio cuius extrema mutantur, conuerſa dicitur, quę vero ex mutatis coaleſcit & confi citur conuertēs, quia debet, & qualitatem, ideſt affirmationē & negationem, & veritatē con uerſæ ſeruare, quę definitio prę terquam, quòd eſt grauiſsimorum authorum, conuenientius ſingulis ſpeciebus coaptatur, vt infra patebit.

Vera definitio cōuerſionis.

Nota. 2.

Secundo ſciendū, quod conuerſio duplex eſt, alia mutua, alia non mutua, mutua eſt quā do conuerſa & conuertens mutuo ſe inferunt, vt in exemplo dato bene valet, nulla ſcientia eſt virtus, ergo nulla virtus eſt ſcientia, non mutua eſt, quādo vna infert alteram, & non infertur ab illa, vt nulla ſcientia eſt virtus: ergo aliqua virtus nō eſt ſcientia non tamen è contra.

Nota. 3.

Tertio ſciendum, quòd cōuerſio quantū ad ſpeciem triplex eſt: altera ſimplex, altera per accidens, altera per contrapoſitionē, cōuerſio ſimplex eſt cōmutatio extremorū propoſitionis manente eadē qualitate, & veritate, & quātitate, propoſitionis, vt nulla ſcientia eſt virtus, nulla virtus eſt ſcientia, quę ſimplex dicitur, & ab Ariſtot. vbi ſupra conuerſio in ſe ipſam, quia eadē propoſitio in ſe ipſam mutatur, & hac cōuerſione propoſitio vniuerſalis negatiua & particularis affirmans cōuertuertuntur. Exemplū primæ iam eſt datū. Secundæ exēplum ſit, aliqua ſcientia eſt virtus, aliqua virtus eſt ſcientia.

Conuerſio triplex.

Quid ſit cōuerſio ſimplex

Alia eſt conuerſio per accidens, ideſt per mutatio extremorum propoſitionis manente eadem qualitate, non tamen eadem quantitate, verbi cauſa, nulla ſcientia eſt virtus, aliqua virtus non eſt ſciētia, & hæc vocatur per accidēs, quia per aliā non per ſe ipſam propoſitio conuertitur, & ab Ariſt. vbi ſupra conuerſio in partē, & hac conuerſione conuertūtur propoſitio vniuerſalis affirmans & negans: exēplum primæ omnis A. eſt B aliquod B. eſt A. exēplum ſecundæ, nullus A. eſt B. aliquod B. non eſt A.

Quid ſit cōuerſio per accidens.

Tertia ſpecies eſt per cōtrapoſitionem, ideſt cōmutatio extremorū propoſitionis manente eadem qualitate & quantitate, mutatis terminis finitis in infinitos: & ſic vniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua conuertuntur, vt virtus non eſt ſcientia, ſic, non ſcientia, non eſt non virtus, hæc conuerſio fundatur in duobus

Quid ſit cōuerſio pro contrapoſitionem:

dictis Ariſto.2.Perhier. Primũ eſt ab affirmatiua ad negatiuã variato prædicato penes finitũ & infinitũ bona eſt conſequentia, vt homo eſt animal: ergo non eſt non animal, nam alias duo termini contradictorij verificarentur de eodem, quod late M.Soto hic.& Villalp. probant tam de hac, quàm de aliis conuerſionibus. Secundũ eſt, à negatiua cum conſtantia ſubiecti ad affirmatiuam, variato prædicato penes finitum & infinitum optima eſt conſequentia, verbi cauſa, homo non eſt lapis & homo eſt: ergo homo eſt non lapis, nam alias duo termini contradictorii, &c. ellicitur etiam ab Ariſtot.2. Topic. cap.3. hęc tamen conuerſio nimis eſt inutilis, & ideo ab Ariſtot.1.Prior.cap.2.& 3.prætermiſſa, vbi vt dictum eſt de aliis agit conuerſionibus: & ita etiã à nobis prætermittenda, & per illam nihil conuertendũ, quia probatur clarum per obſcurũ. vide Lemoſ. de illa.1. de Paradoxis Dialecticorum capit.15. & 16.& pręcipuè 17.vide Iuſtinianũ lib.4. Logicę & alios authores.

Hęc omnia memorię mandantur hoc vno diſtico. Simpliciter feci, cõuertitur eua per aui, aſtro per cõtra, & ſic fit cõuerſio tota. Vbi illę dictiones feci, eua, aſtro, continent quatuor vocales, quarum A. ſignificat vniuerſalem affirmatiuã, E. vniuerſalem negatiuã, I. particularem affirmatiuam, O. particularem negatiuã, iuxta illud diſticũ, aſſerit A. negat E ſunt vniuerſaliter ambo, aſſerit I. negat O. ſunt particulariter ambo, & denotat propoſitiones quę cõuertuntur, & ibi dicitur modus quo conuertãtur.

Ex quibus omnibus ſequitur, modus arguendi in cõuerſionibus: in conuerſione ſimplici valet conſequentia à conuerſa ad conuertentem & è cõtra & fortè hoc ſolũ vuult Soto cum dicit, quòd conuerſio eſt conſequentia formalis, aliter enim nihil videtur dicere, in cõuerſione verò per accidẽs & per contrapoſitionem valet à conuerſa ad conuertentem, ſed non è contra, exempla manifeſta ſunt.

Sed cõtra dicta argumẽtor, quia non ſequitur. Primo liber eſt Ariſt. ergo Ariſ. eſt liber. Secũdo homo eſt omne animal: ergo omne animal eſt hõ. Tertio, aliqua arbor eſt in agro: ergo aliquis ager eſt in arbore. Quarto, aliquis homo videt cęcum, ergo cęcus videt hominẽ. Quinto, nullus paries eſt in ligno, ergo nullum lignum eſt in pariete. Reſpondetur non bene ſequi, quia non fit bona conuerſio nõ enim ex integro prędi-

Arg contradicta.

Reſpondetur ad argumẽ.

prædicato fit ſubiectum, quòd ſi fiat bene ſequitur, quia tamẽ non ſemper eſt apertum prędicatum, ſuſpendum eſt per circũloquium, vt in exemplis dictis ſic ęſt facienda conuerſio, liber eſt Ariſt: ergo aliquod ens Ariſtot. eſt liber. homo eſt omne animal, ergo aliquod quod eſt omne animal eſt homo, nam prędicatum conuerſæ, eſt totũ illud omne animal, aliqua arbor eſt in agro: ergo exiſtẽs in agro eſt arbor: homo videt cęcum, ergo vidẽs cæcum eſt homo, nullus paries eſt in ligno, ergo nullum exiſtens in ligno eſt paries.

Arguitur cõtra ſolutionem.

Sed adhuc contra, quia non ſequitur ſenex fuit iuuenis, ergo iuuenis fuit ſenex, puer erit ſenex: ergo ſenex erit puer, nec ſequitur vis cantaui miſſam: ergo miſſa vis cantata fuit à me, nec tandem ſequitur, homo eſt nomẽ, ergo nomen eſt homo.

Reſpõdetur ad argumentum.

Reſpondetur nõ ſequi, quia in conuerſione debent ſeruari omnes proprietates Logicales, curandum enim eſt, vt non varietur ampliatio, reſtrictio, genus ſuppoſitionis, quæ quia in præſentibus exemplis variatur, non ſequitur, nec valet dicta cõuerſio, quare ita ſunt conuertẽdæ: ſenex fuit iuuenis: ergo aliquis qui eſt, vel fuit, iuuenis fuit puer: & tũc ſic cõuertitur: ergo aliquis qui fuit puer, eſt vel fuit ſenex, vt ſeruetur ampliatio termini præcedentis, & reſtrictio termini ſequentis, iuxta ea quę ca. de ampliatione docuim⁹: ſimiliter puer eſt, vel erit ſenex, ergo qui erit ſenex eſt, vel erit puer: item vis cantaui miſſam, ergo vis cantãs miſſam fui ego, vt ſeruetur ſuppoſitio cõfuſſa: item homo eſt nomẽ, ergo nomen eſt hæc vox homo, vt ſeruetur ſuppoſitio materialis, & hæc, homo eſt pictus, ſic: ergo aliquod pictum eſt homo effigiatus, & ſic de aliis.

Dubitatur circa conuerſionẽ ſingularũ.

Dubium tamen eſt & non paruum, quia ſunt multæ propoſitiones de extremo ſingulari, quo pacto conuertantur? de hoc Fonſ. bene. 3. lib. ſuę Dialecticæ. c. 8. ſed dico, quòd propoſitiones de extremo ſingulari, ſunt conuertendæ ſicut aliæ propoſitiones de extremo cõmuni, vt Petrus nõ eſt Paulus, ergo Paulus non eſt Petrus, Petrus eſt Phyloſophus, ergo aliquis Phyloſophus eſt Petrus: Petrus nõ eſt lapis, ergo nullus lapis eſt Petrus. Item omnis homo eſt Petrus, ergo Petrus eſt aliquis homo, hęc vero aliquis homo non eſt Petrus, non conuertitur, quia eſt particularis negatiua, nõ enim ſequitur aliquis homo nõ eſt Petrus: ergo Petrus non eſt aliquis homo, hæc ſufficiant pro cõuerſione propoſitionum de ineſſe quales

les ſunt ſimplices cathegoricæ, nā de modalibus alia ratio particularis ſuo loco habenda eſt, & generaliter de omnib⁹ Deo dante in 1. Priorum c. 2. & 3. fuſius tractabitur.

Nota circa dicta. Vltimo aduerte duas regulas circa terminos finitos & infinitos, de quibus frequens vſus eſt in Logica. Prima ab affirmatiua ad negatiuam variato prædicato penes finitum & infinitum optima eſt conſequētia: bene ſequitur homo eſt animal: ergo non eſt non animal. Secunda regula à negatiua ad affirmatiuam variato prædicato penes finitum & infinitum & poſita cōſtantia ſubiecti bene valet, vt homo non eſt lapis, & homo eſt, ergo homo eſt nō lapis, hæ regulæ tenent, quando totale prædicatū variatur, penes finitum & infinitum, ſecus vero non, quia nō ſequitur Petrus non videt hominem, & Petrus eſt: ergo Petrus videt nō hominem, datur enim antecedens verum & conſequens falſum, caſu quo ponitur nil videat: & defectus eſt, quia pars prædicati tantum variatur, & non totum variatur prędicatū, quare ſic bene ſequitur, Petrus non videt hominem & Petrus eſt, ergo Petrus eſt non videns hominem, nam vt ſupra cap. de verbo abunde docuimus, etiā verbum ipſum ſemper eſt prædicatum, quare etiā debet quātum ad ſuum participium infinitari. Secundo intelliguntur, hæ regulæ extra reduplicatiuas, vt docet Caietanus optimè de ente & eſſentia c. 4. quare non ſequitur, homo in quantū homo non eſt albus, & homo eſt, ergo homo in quantum homo eſt non albus, nam homo vt homo eſt, non eſt albus, nec non albus.

PARS

PARS QVARTA SVMMAE SVMMVLARVM.

TRACTVS DE MODALIBVS.

CAPVT I.

ACTVM Eſt de propoſitione ſimplici cathegorica, de eius oppoſitione, ęquipolētia & cōuerſione, quę quia particularis eſt in propoſitione modali, particulariter etiā de eadem agemus per quatuor capita: in primo quid modus, & modalis, & quotuplex. In ſecundo de ęquipolentia, & cōuerſione, & oppoſitione modalis cōpoſitę: in tertio de ęquipolētia, & oppoſitione compoſitarū de ſubiecto communi: tādem in quarto de ęquipolētia, cōuerſione & oppoſitione modaliū diuiſarum breuiter diſputabimus. atente lege, inter omnia enim noſtra (ſi quæ ſunt) hęc ſapiunt oleum.

De hac materia Mercad. Fōſ. Tolet. lib. 3. Summul. Villalpā. lib. 2. Titel. late, & bene lib. 3. ſuæ Logicæ capit. 21. & infra M. Soto cap. 6.

Nota. 1. pro declaratione. Pro cuius declaratione primo notandū eſt, quòd propoſitionis cathegoricæ (de qua vſque nunc ſermo noſter) eſt duplex, alia modalis, & alia de ineſſe, modalis eſt, quæ modū habet, vt homo iuſtus delectabiliter operatur, de ineſſe verò eſt, quę modo caret, vt homo eſt iuſt⁹.

Nota. 2. Sciendū ſecundo, quòd propoſitio de ineſſe poteſt dupliciter conſiderari, vno modo, vt diſtinguitur contra modalē, & ſic omnis propoſitio, ſiue de præſenti, ſiue de futuro, quæ modo caret de ineſſe dicitur, alio modo poteſt conſiderari, vt diſtinguitur contra propoſitionē de extrinſeco tēpore, & ſic ſola enuntiatio præſentis tēporis dicitur de ineſſe: quia prę teritū & futurum Dialectici vocant extrinſecum tēpus: hic ergo cōſideramus propoſitionē de ineſſe ſolùm vt diſtinguitur contra modalem.

Definitio modi. His dictis modus ſic deſcribitur, eſt adiacens rei determinatio, ideſt terminus alteri additus modificans ipſum, verbi cauſa homo iuſtus poſſibiliter eſt albus, ly iuſtus eſt modus, & ly poſſibiliter: ex quo infertur, quòd modus debet eſſe adiectiuus dicit enim definitio, quòd eſt terminus, qui alteri additus, ipſum modificat.

Ex definitione modi infertur. 1.

2. Infertur. Secūdo infertur, quòd modus eſt duplex alius nominis, ideſt adiectiuū additum nomini, vt in exem-

Dubium. Quod ſi quæras eſt ne modalis hæc propoſitio, ſi licet, hoc dictũ, homo eſt animal, eſt neceſſarium? Reſpondetur negatiuè, eſt enim ſimplex, & cathegorica propoſitio, vel ſi placet abſoluta. cõtra dices, quia docet quomodo animal cõueniat homini: reſpondetur docere in actu ſignato, non vero in actu exercito, quòd eſt dicere vere ſignificare neceſſitatem propoſitionis, ſed non exercere illam, ſicut hæc vox, propoſitio, ſignificat quid complexũ, quod tamen non exercet cum ſit quid ſimplex.

5. Illatio. Quinto & vltimo infero, quòd iſti quatuor modi accipiuntur, vel aduerbialiter, vt cum ſic pronunciantur, poſſibiliter, contingenter, alio modo nominaliter, ſcilicet poſſibile, neceſſe. Sed eſt notandum, quòd cum nominaliter ſummuntur, dupliciter etiam poſſunt conſiderari, vno modo primæ intentionaliter, quãdo ſcilicet prædicantur de rebus, vt ſi dicas Deus eſt ens neceſſarium, chimera eſt ens impoſſibile, quia ſic important rationem formalem, quæ competit rebus ſecluſa operatione intellectus, & vt ſic non conſtituunt propoſitiones modales: ſecus eſt ſi accipiantur ſecundæ intentionaliter, ideſt vt prædicantur de propoſitione, vel de ſignificato ipſius, vt ſi dicas Petrum diſputare eſt poſſibile, ſignificat enim poſſibilitatem propoſitionis, quæ ſane cõpetit per opus intellectus. (Nota.)

Iam quid ſit propoſitio modalis aperiendum eſt: modalis ergo propoſitio eſt, quæ aliquo illorum quatuor modorum afficitur, melius Fonſeca libro 3. capite 3. & 9. modalis eſt, quæ, quomodo aliquid alicui inſit, vel non inſit pronunciat. Sed nota, quòd hoc dupliciter contingit, & ſic duplex eſt modalis propoſitio, alia compoſita, ideſt in qua modus nominaliter accipitur, vt album eſſe nigrũ eſt poſſibile: alia diuiſſa in qua modus aduerbialiter ſummitur, vt album poſſibiliter eſt nigrum, ſiue modus ſit in initio, ſiue in medio, ſiue in fine totius propoſitionis, vt tenet Toletus libro 3. capite 1. vbi aduerte in modali compoſita modum ſolum rationem prædicati habere, reliquam vero orationem conſtantem verbo infinitiui præter modum habere vicem ſubiecti, & communiter vocatur dictum: quare in modali compoſita datur modus, & dictum, in modali vero diuiſſa (Definitio modalis propoſitionis.) (Nota per definitione modalis.) (1. Differentia inter modum & dictũ.)

 modus

modus nō prædicatur, ſed afficit copulam propoſitionis, vt Petrus contingenter currit, & hæc eſt prima inter vtramq; differentia.

Nota. Circa quod aduerte maximè, quòd quādo modus nominaliter acceptus ponitur inter partes dicti, propoſitio modalis cēſenda eſt diuiſſa: vt ſi dicas album poſſibile eſt eſſe nigrum, facit ſenſum diuiſſum: & è contra modus aduerbialiter acceptus præcedens totam propoſitionem, facit ſenſum compoſitum, vt ſi dixeris poſſibiliter album eſt nigrum.

2. Differentia. Secundo differunt ex parte ſenſus, quia modalis compoſita facit ſenſum compoſitum, ideſt denotat prædicatum, & ſubiectum eidem ſimul conuenire, & pro eodem tempore, ideſt ſuperaddit ſecum modum extremis compoſitis inter ſe ſe: quare hæc eſt falſa album eſſe nigrum eſt poſſibile, quia ſenſus eſt, quòd ſimul dum eſt album poſſibile eſt eſſe nigrum, at vero modalis diuiſa facit ſenſum diuiſum, ideſt ſuperaddit modum extremis, non ſimul compoſitis, ſed diuiſſis: quare hæc eſt vera album poſsibiliter eſt nigrum, quia ſenſus eſt, quòd eſt modo album poteſt eſſe poſtea nigrum: aduerte tamen non eſſe hoc in tanto rigore ſeruandum, quin poſsimus vnamquamq; earum propoſitionū diſtinguere in vtroque ſenſu, tam compoſito, quàm diuiſo, & huic Ariſtotelis non repugnat doctrinæ, & conſentit Theologorum vſus.

3. Differentia. Tertio differunt modalis compoſita, & diuiſa ex parte quantitatis, quia in diuiſſa attenditur penes ſubiectum diſtributionis, ſupponit enim ſecundum ſigna, quibus afficitur, vniuerſaliter ſi ſigno vniuerſali, &c. ſicut, & ſubiectum cathegoricæ: in compoſita vero attenditur penes prędicatum, ideſt penes modum, quòd ſi fuerit poſsibile, & neceſſe ſunt vniuerſales, ſi contingens, & poſsibile ſunt particulares, pro quo verſiculus.

Omnis neceſſe valet, impoſſibile nullus,
Poſsibile quidam, quidam non poſsibile non.

Subiectum verò in mobiliter, & quaſi ſimpliciter ſupponit, ita vt ſub illo non liceat ſyllogizare: ita Sotus & Mercadus, quare non ſequitur, omnem perſonam diuinam eſſe Patrem eſt impoſsibile, Pater eſt perſona diuina: ergo aliquam perſonam diuinam eſſe

eſſe Patrem eſt impoſsibile, datur enim antecedens verum, & conſequens falſum: nec ſequitur, album eſse nigrum eſt impoſsibile, paries eſt albus: ergo parietem eſse album eſt impoſsibile, antecedens enim cum componat verum eſt, at conſequens planè falſum. Vbi obiter conſidera, quod poſsibile, vt docet Ariſt. 1. lib. Perihar: cap. 3. dicitur dupliciter, primo quòd non eſt impoſsibile, ſiue ſit actu, ſiue non, vt album eſſe nigrum eſt poſsibile. Secundo, quòd eſt potentia & non actu, de quo latius & clarius infra, interim vide in Logica. q. vnica. artic. 1.

4. Differentia. Quarto differunt penés modum reſolutionis, quia diuiſa probatur vera, vel falſa immediatè reſolutione ſubiecti, (ſi ſit reſolubile,) per aſcēſum, vel deſcenſum, ſicut aliæ cathegoricæ: vt hæc eſt vera, omnis homo neceſſario eſt animal, quia omnes ſingulares ſunt veræ, ſcilicet hic homo neceſſario eſt animal, & ſic, &c. modalis vero compoſita, probatur eſse veram, vel falſam immediatè per ſuam officientem, officians dicitur enunciatio ad quam reducitur, & in quam immediatè reſoluitur modalis, vbi manet idem modus: vt hæc omne animal eſſe viuens eſt neceſsario, eſt vera, & probatur talis, quia hęc officiās eſt vera, omne animal eſt viuens eſt propoſitio neceſſaria.

Dubitatur circa dicta 1. Dubitatur tamen circa dicta primo, in modali compoſita modus pro quo ſupponit primo? Quidam dicunt, quòd pro ipſa propoſitione. Sed reſpondetur, quòd ſupponit pro ſignificato propoſitionis, non autem pro ipſa propoſitione materialiter, declaratur, in propoſitione ſimplici cathegorica, homo eſt animal, vox animal nō verificatur, nec ſupponit pro hac voce homo, ſed de ſignificato illius, ita in propoſito, modus non ſupponit pro dicto, ſed pro ſignificato illius: & probatur primò ex communi vſu concipiendi, nā cum audis Petrum diſputare eſt poſsibile non cōcipis, quòd cōſicere iſtam propoſitionem eſt poſſibile, ſed quòd diſputatio poſſibilis eſt Petro: ergo modus verificatur de ſignificato propoſitionis. Secundo probatur à ſimili, in his propoſitionibus, elargire eleemoſynam eſt laudabile, deambulare eſt ſanum, vox laudabile, & ſanum, non dicitur de ipſis propoſitionibus, ſed de ſignificatis earum, vt ſit ſenſus elargitio eleemoſinæ

laudabilis eſt: ergo etiã in modali compoſita, modus verificatur de ſignificato.

2. Dubitatur. Secundo dubitatur, quomodo ſupponat dictum in modali compoſita? Reſpondetur, vt ſupra differentia tertia, quòd ſupponit ſimpliciter pro ſuo ſignificato, quòd vnũ eſt. Sed cõtra dices, dictũ in modali compoſita neceſſe eſt varietur, & ſecundũ qualitatem, & ſecundum quantitatem ad oppoſitionem, & æquipolentiã modalium, vt latius patebit infra: ergo nõ ſupponit ſimpliciter, quia terminus ſupponens ſimpliciter, debet ſupponere, & manere inuariatus.

Nota pro ſolutione dubij. Pro quo ſciẽdum eſt, quòd vt dixi differentia quarta, veritas modalis compoſitę regulatur immediatè per ſuam officiantẽ, vnde ad veritatem modalis de poſſibili, ſufficit, quòd ſua de ineſſe ſit poſſibilis, verbi cauſa, hæc propoſitio vera eſt, omnem hominem eſſe album eſt poſſibile: quia ſua de ineſſe omnis homo eſt albus eſt poſſibilis. Secũdo ad veritatem modalis de contingenti ſufficit, quòd ſua de ineſſe ſit contingens: ſimiliter ad veritatẽ modalis de neceſſe requiritur, & ſufficit, quòd ſua de ineſſe ſit neceſſaria, tandẽ ad veritatem modalis de impoſſibili ſufficit, quòd ſua de ineſſe ſit impoſſibilis, exẽpla ſatis de ſe patent.

Reſpõdetur ad argumentum & rationem dubitãdi. Vnde ad argumentũ dico cũ M. Soto, quòd licet, quoad verba, & modum enuntiandi, non nunquam dictũ varietur quantũ ad ſuppoſitionẽ, ſed re vera minimè quoad ſenſum variatur, quãtum ad ſuppoſitionem in dicto, imò etiam ob hanc cauſam compoſita, & diuiſa, in quibus modus præcedit, vt ſupra atigebam, æquipolent, verbi cauſa, omne ens eſſe, eſt neceſſe, & neceſſariò omne ens eſt, licet enim habeat formam diuiſæ, virtualiter habet ſenſum compoſitum: vnde defectus, qui committitur ſyllogizando ſub termino vnius, committitur ſyllogizando ſub termino alterius.

3. Dubitatur. Dubitatur tertio, an omnis modalis, ſiue diuiſa, ſiue compoſita ſit neceſſaria, vel impoſſibilis? Reſpondetur affirmatiuè, & eſt communis ſententia, omnis enim modalis vera eſt neceſſaria, & omnis falſa impoſſibilis: & ratio eſt, quia omnis modus, qui ſemel conuenit alicui ſemper conuenit, & non poteſt non conuenire, & ita neceſſaria: & modus qui aliquando non conuenit nunquam poteſt conuenire, & ita impoſſibilis, quare omnis modalis, vel eſt neceſſa-

neceſſaria, vel impoſſibilis. Contra quia datur propoſitio modalis contingens: ergo non omnis eſt neceſſaria, vel impoſſibilis. Reſpondetur, quòd licet illa dicatur cõtingens, quia eſt de modo contingenti, in ſe tamen, vel eſt neceſſaria, vel impoſſibilis: quia ſicut eſt neceſſarium hominem eſſe animal: ita dicere hominem diſputare eſſe contingens, eſt neceſſariũ, & dicere illum hominem non diſputare, non eſſe, contingens eſt quid impoſſibile. Hactenus de ſecundo dubio, & de modali in communi.

Arguitur cõtra dicta.

CAPVT II.

De æquipolentia, conuerſione, & oppoſitione modalis compoſitæ.

Nota. 1. PRo quo ſciendum primo, quòd quilibet quatuor modorum poteſt conſtituere quatuor propoſitiones modales, nam vel eſt affirmatiua de dicto, & affirmatiua de modo, vel negatiua de dicto, & negatiua de modo, vel tertio negatiua de dicto, & affirmatiua de modo, vel quarto negatiua de modo, & affirmatiua de dicto: quatuor ergo quater ducta, cõſtituunt ſexdecim propoſitiones modales.

Sciendum ſecundo, quòd omnium harum oppoſitio, & æquipolentia, his quatuor dictionibus explicatur, Amabimus, Edentuli, Illiace, Purpurea. In quibus adnotandæ ſunt quatuor literæ vocales, nempè a. e. i. u. A. denotat propoſitionem modalem affirmatiuã de dicto, & de modo. E. ſignificat propoſitionem negatiuam de dicto, & affirmatiuã de modo. I. ſignificat propoſitionem affirmatiuã de dicto, & negatiuam de modo. V. negatiuam de dicto & modo, vnde verſus. Nota. 2.

E. dictũ negat, I. quę modũ,
nil A. ſed V. totum.

Tertio ſciendum eſt, quòd prima litera in quolibet rotulo ſignificat propoſitionẽ de poſſibili, ſecunda propoſitionem de contingẽti, tertia de impoſſibili, quarta propoſitionẽ denotat de neceſſe. Nota. 3.

Hoc poſito dico, quòd propoſitiones modales eiuſdẽ rotuli ſunt æquipolentes, ideſt ſi vna eſt vera, reliquæ etiam ſunt veræ, & è contra. Dictũ. 1.

Circa quod aduerte, quòd hic loquimur de modalibus cõpoſitis termini ſingularis, nam de ſubiecto communi, alia ratio eſt habenda, quæ omnia hoc rotulo, ſeu figura erunt manifeſta. Nota circa dictũ primum.

 Quartus

nes de ineſse, modo iam dicto ſupra capite præcedēti, vniuerſalis negatiua, & particularis affirmans ſimpliciter, vt omnis homo non poſſibiliter, vel impoſſibiliter eſt equs: ergo omnis equs non poſſibiliter eſt homo, vbi ly impoſſibile eſt negatiuum: quia idem eſt quòd nō poſſibiliter. Similiter affirmatiua vniuerſalis per accidens, vt omnis homo poſſibiliter currit: ergo aliquod currens poſſibiliter eſt homo, particularis vero negatiua non conuertitur, intellige ſemper, nam aliquando nō inconuenit: quare non ſequitur aliquod animal impoſſibiliter eſt homo: ergo aliquis homo impoſſibiliter eſt animal, vt optime Titelman, lib. 3. Logicæ. ca. 25. in initio, aduertit tamē ipſe quod modus vniuerſalis affirmatiuus debet in conuertente mutari in particularem, ita vt ſicut ly omnis mutatur in aliquis in conuerſione per accidens, ita neceſſe, in poſſibile, vt bene ſequitur creans neceſſario eſt Deus: ergo Deus poſſibiliter eſt creans, ſi autem diceres, ergo Deus neceſſario eſt creans, antecedens eſſet verum, & conſequens falſum.

Dictū. 2. Secundo dico modales cōpoſitas ex parte dicti, conuertendas eſſe ſicut propoſitiones de ineſſe, vt vniuerſalis affirmatiua per accidens, vniuerſalis negatua, & particularis affirmatiua ſimpliciter, particularis vero negatiua non cō uertitur, exempla conſtant ex modalibus diuiſis ſi efficiantur compoſitæ: vt bene ſequitur neceſſe eſt nullum hominem eſſe lapidem: ergo neceſſe eſt nullum lapidem eſſe hominem, de quare latius, dicemus in Logica primo Priorum capit. 2. Deo duce, vbi agitur de contingenti ſpecialiter ſumpto, & de conuerſione talis contingentis, quia eſt peculiaris difficultas.

Dico tertio, quòd propoſitio de impoſſibili (de qua Ariſtoteles nihil, cum eſt modalis compoſita) conuertitur ſicut æquipollens illius de neceſſe, vnde iſta impoſſibile eſt omne ens eſſe hominem, quæ eſt, in Illiace, non conuertitur, non enim ſequitur: ergo impoſſibile eſt hominem eſſe ens, quia æquipollens conuerſæ primæ, ſcilicet neceſſe eſt aliquod ens non eſſe hominem, non conuertitur, quia particularis negatiua, vt dixi, non conuertitur, ex Ariſtotele in litera capite tertio Priorum, hoc attente lege, nō enim intelligi poteſt ſine hoc æquipolentia. Dictū. 3.

Arguitur contradictum primum. Sed contra, quia non ſequitur, neceſſe eſt omnem Grammaticum eſſe hominem: ergo neceſſe eſt aliquem hominem eſſe Grámaticum, vt conſtat: ergo vniuerſalis affirmatiua de neceſſe non conuertitur per accidens. Reſpondetur primo cum Titelma. vt ſupra, quòd in conuertente ly neceſse debet mutari in poſſibile, ſic ergo poſſibile eſt aliquem hominẽ eſse Grammaticum, vel ſecundo cum ſancto Thoma tractatu vnico de ſyllogiſmis cap. 3. Opuſculo. 48. has conuerſiones tenere in terminis abſolutis, non vero inconnotatiuis, vt eſt ly Grammaticum, vbi vide rationem: pro quo vide caput ſequens in principio.

De oppoſitione.

1. Dictũ. Dico primo, propoſitiones de Amabimus, & Edentuli ſunt ſubcontrariæ: ita ſane, quod quælibet propoſitio de Amabimus ſubcontrariæ opponatur, cuilibet propoſitioni de Edentuli.

2. Secundo propoſitiones de Purperea & Illiace ſunt cõtrariæ, ita ſane quòd quęlibet propoſitio de Purpurea, contrarie opponatur cuilibet propoſitioni de Illiace.

3. Tertio propoſitiones de Amabimus & Illiace ſunt contradictorię, & pariter propoſitiones de Purpurea & Edentuli ſunt etiam contradictoriæ modo expoſito.

Quarto propoſitiones de Purpurea, & de Amabimus, & propoſitiones de Illiace, & de Edentuli, ſunt ſubalternæ, ita ſane quòd Purpurea, & Illiace ſunt ſubalternãtes, Amabimus, & Edentuli, ſunt ſubalternatę: harum omnium exempla clare patent in præcedẽti figura: circa quod obſeruandũ eſt, quòd prædicta verum habent in vniverſum, tam in æquipolentia, quàm in oppoſitione, quando modales ſunt de dicto ſingulari, nam ſi ſint de ſubiecto, aut de dicto communi de eis alia ratio eſt habenda. 4.

CAPVT III.

De æquipolentia & oppoſitione, modalium de ſubiecto communi.

Pro quo nota primùm, pro æquipolentia modaliũ cõpoſitarum de ſubiecto communi, vt æquipoleant curandum eſt, vt vltima de neceſse ſit alterius quantitatis, quàm alię tres præcedentes, ita vt ſi in tribus modalibus de poſſibili, contingenti, & impoſſibili, dictum eſt vniuerſale (de modo enuntian- 1. Nota.

tiandi intellige) in modali de neceſsario, dictum ſit particulare, vt in Amabimus, hæ ſunt ęquipollentes, hominem currere eſt poſſibile, eſt contingens, non eſt impoſſibile, cum hac omnem hominem non currere, non eſt neceſse, vel è contrario, omnem hominem currere eſt poſſibile, &c. cũ hac, aliquẽ hominem non currere non eſt neceſse, quod eſt valde aduertendum, alioquin daretur antecedens verum, & conſequẽs falſum.

De oppoſitione harũ propoſitionum.

PRo oppoſitione vero, & de oppoſitione harum modalium compoſitarum de ſubiecto ſeu dicto communi, M. Soto fere nil dicit, & merito, quia oppoſitio modalium in terminis communibus, non eſt pro captu Tyronum, ſed Veterano indigens Dialectico, vt ait Fõſeca lib. 3. c. 11. Tolet. non nihil cap. 4. ſed non bene Fonſ. obſcure dicto cap. 11. Titel. vbi ſupra ſed fuſè, breuiter tamen.

Nota. Aduerte, quòd licet omnes eiuſdẽ rotuli opponantur aliis alterius rotuli, modo poſito in figura, in ſingulis tamen oppoſitionibus dantur duæ potiſſimæ, & cæteræ eorundem rotulorum per comparationem ad illas ſunt regulandæ, cum vt dixi, omnes eiuſdem rotuli ſunt æquipolentes modo iam expoſito.

Sit ergo prima propoſitio, potiſſimæ contrarię, de Purpurea & de Illiace ſunt, vltimæ de neceſse, quæ vt contrarientur oportet, quòd dictum in vtraque non ſit particulare, ſed ad minus in vna vniuerſale, vel quòd meliùs eſt in vtraq;, omnes aliæ vero eorundem rotulorũ prædictis potiſſimè ęquipolentes, erunt contrarię, quare contrariantur hæ, omnẽ perſonam eſse patrem eſt neceſse, omnem perſonam non eſse patrem eſt neceſse, ambæ falſæ, quòd ſi dictum efficias in vtraque iſtarũ particulare, ſunt ambæ veræ, & ita non contrariæ. 1. Concl.

Secunda propoſitio, potiſſimæ ſubcontrariæ de Amabimus & Edentuli, ſunt primę de poſſibili, quæ vt ſint ſubcontrariæ oportet, quòd dictum ſit in vtraque particulare, vel ad minus in vna, nequit tamen in vtraque vniuerſale eſſe: aliæ vero eorundem rotulorũ prædictis potiſſimè æquipolentes modo expoſito, ſunt ſubcõtrarię, exẽpla ſunt manifeſta, alioquin darentur ſimul falſæ, & ſimul veræ, verbi cauſa, omne animal eſſe hominem eſt poſſibile, omne animal non eſse hominem 2. Cõclu. pro ſubcõtrariis

 minem

minē eſt poſſibile, quia propoſitiones de ineſſe omne animal eſt homo, omne animal nō eſt homo, non ſunt poſſibiles, & pariter in ſimili forma poſſunt dari ſimul veræ.

3. Concl. pro contradictoriis.

Tertia propoſitio, potiſſimę contradictoriæ in rotulis contradictoriis iā poſitis, ſunt vna de poſſibili, & altera de neceſſe, quæ vt contradicant oportet, vt dictum non ſit vniuerſaliter, vel particulariter in vtraque, ſed in vna vniuerſaliter, & in altera particulariter, aliæ vero æquipolentes his, erunt contradictoriæ, vnde hæ non ſunt contradictorię, aliquam perſonam eſſe patrem eſt neceſſe, aliquam perſonam non eſſe patrem eſt poſſibile, licet ſint in rotulis contradictoriis, ſunt enim ambæ veræ, & hoc quia manet eadem particularitas in vtraque. Vt optimè ex noſtris docet ſapientiſſimus & Reuerendiſſimus M. Çumel. 1. p q. 22. & 23. & 37.

Hæc omnia alij breuiſſimè hac regula comprehendunt, vt quoties, dicta, fuerint diuerſę qualitatis, ſint etiam diuerſæ quantitatis, quamuis vt dixi in contrariis liceat manere idem dictum vniuerſale, & in ſubcōtrariis idem particulare.

Nota pro Subalternis.

Pro Subalternis vero aduerte potiſſimas Subalternas eſse, vnā de neceſse, & alteram de poſſibili, & curandū eſt, ne dictum, quod eſt particulariter in Subalternante de neceſse, ſit particulariter in Subalternante de poſſibili, alias ſubalternans eſſet vera, & ſubalternata falſa, vt hæc eſt vera in Purpurea, aliquam perſonam eſse patrē eſt neceſse, hęc vero Subalternata in Amabimus falſa, omnē perſonam eſse patrem eſt poſſibile, hæc omnia patent in figura ſequenti, reliqua, quæ circa hanc materiam dicuntur figmenta ſunt.

Rotu-

Rotulus de Modalibus. De ſubiecto communi.

Æquipolentes.	Æquipolentes.
Pur Aliquẽ hominẽ nõ currere nõ eſt poſſib.	I· Aliquẽ hominẽ currere nõ eſt poſſibile.
pu· Aliquẽ hominẽ nõ currere nõ eſt cõting.	li· Aliquẽ hominẽ currere non eſt conting.
re· Aliquẽ hominẽ nõ currere eſt impoſſibi.	a· Aliquẽ hominẽ currere eſt impoſſibile.
a. Omnem hominem currere eſt neceſſe.	ce Omnẽ hominẽ non currere eſt neceſſe.

Contrariæ.

Subalternæ. Contradictoriæ. Contradictoriæ. Subalternæ.

Contrariæ.

Æquipolentes.	Æquipolentes.
A· Aliquẽ hominem currere eſt poſſibile.	E· Aliquẽ hominẽ non currere eſt poſſibile.
ma· Aliquẽ hominem currere eſt contingens.	dẽ Aliquem hominẽ currere nõ eſt conting.
bi· Aliquem homnẽ currere nõ eſt impoſſi.	tu Aliquẽ hominẽ nõ currere nõ eſt impoſſi.
mus Omnẽ hominẽ nõ currere nõ eſt neceſſe.	li. Omnem hominẽ currere nõ eſt neceſſe.

CAPVT IIII. De *modalibus diuiſsis.*

VLtimo in hoc capite de modalibus diuiſſis agendũ eſt, quid autem ſit modalis diuiſsa, & qualiter à compoſita ſecernatur, quo modo etiã con uertatur, & tandem quomodo probanda ſit veritas illius, dixi ſupra, probanda enim eſt per deſcenſum ſub ſubiecto, ſi ſub iectum ſit reſolubile, nam ſi ſit ſingulare, probatur per ſuam officiantem, vt modalis compoſita, vnde per deſcenſum, vel officiantem probatur veritas, vel falſitas, poſſibilitas, vel impaſſibilitas, &c.

Circa

1. Nota. Circa oppoſitionem harum propoſitionum diuiſarum hoc ſolum notandum particulariter venit, quòd quantum ad oppoſitionem eadem ratio eſt habenda de eis, & de propoſitionibus ſimplicibus cathegoricis, præter quam quòd ſicuti ad oppoſitionem aliarum requiritur, quòd particularitas vnius in alterius vniuerſalitatē conuertatur, ita modi etiam quãtum ad hoc variãtur; itaq;. omnis neceſse valet, impoſſibile nullus, poſſibile quidam, quidam non, poſſibile nō, quare iſtæ oppoſitę non ſunt, omnis B. poſſibiliter currit, aliquis B. poſſibiliter non currit, quia ex parte modi eadem particularitas manet.

2. Nota. Secundo circa iſtam materiam particulariter ſe ſe offert difficultas, de propoſitione, in qua contingenter ſtricte vſurpatur; de qua primo nota, quòd affirmatiua de contingēter ſpecialiter capto, reſoluitur per poſſibiliter, & poſſibiliter nō, copulatiue, verbi cauſa A. contingenter eſt B. in hanc reſoluitur, A. poſſibiliter eſt B. & A. poſſibiliter nō eſt B. ſin autem negatiua ſit ly contingenter, reſoluetur diſiunctiuè, per impoſſibiliter, & neceſsario, verbi cauſa iſta, A. non contingenter eſt B. ſic reſoluitur A. impoſſibiliter eſt B. vel. A. neceſsario eſt B.

3. Nota. Secundo nota, quòd quando affirmatur contingenter, ad veritatem propoſitionis requiritur, quòd vtraq; pars copulatiuæ ſit vera, ſin vero negatur cōtingenter, requiritur ad eius veritatē, quòd altera pars, in qua reſoluitur ſit vera, exempla clara ſunt.

Notandum. 4. Tertio circa iſtam materiam notandum, quòd ſicut modalis compoſita, regulatur quantum ad eius veritatem per ſuam de ineſse, vt ſupra abunde explicatum eſt: ita veritas propoſitionis de extrinſeco tempore, regulatur per ſuã de in eſse, ideſt per de præſenti, pro quo. Dico Dictū primo, quòd ad veritatem propoſitionis de pręterito, ſufficit quòd ſua de ineſsę in aliquo tēpore præterito fuerit vera, verbi cauſa, Adam fuit, vera eſt, quia ſua de ineſse, ideſt Adam eſt, aliquando fuit vera. Dico Dictū. 2. ſecundo ad veritatem propoſitionis de futuro ſufficit, quòd ſua de ineſse aliquando ſit vera, verbi cauſa, Antechriſt9 erit, eſt vera, quia hæc Antechriſtus eſt, aliquando erit vera: & hæc de modalibus.

C A-

CAPVT V.
De hypotetica propoſitione.

De hac materia tractant omnes authores ſupra citati pro modalibus, paucis interpoſitis capitibus.

HActenus de propoſitione ſimplici Cathegorica per totum diſcurſum actum eſt: reliquũ eſt, vt de propoſitione compoſita agamus per totum reſiduum huius operis: & quidem propoſitio hypotetica, quę ab hypotitimi dicta eſt, quod idẽ valet, quòd ſupponere, ſeu conditionaliter enuntiare, eſt oratio, quæ cõſtat pluribus propoſitionibus tãquam partibus principalibus ſui: verbi cauſa, A. currit, & B. mouetur. Vbi aduerte, quòd notanter dicitur, pluribus: & nõ duabus, quia ſæpe hypotetica tribus propoſitionibus cõſtat: vt in ſyllogiſmo, vel pluribus, vt in inductione: præterea dixi propoſitionibus, non addens Cathegoricis: quia ſępe vna hypotetica propoſitio conſtat ex aliis hypoteticis, verbi gratia, ſi Sol lucet dies eſt, ſed Sol lucet: ergo dies eſt: vbi maior, hypotetica eſt. Vbi aduertendũ primo, quòd triplex eſt ſpecies hypoteticæ: alia eſt cõditionalis, cuius propriũ nomen eſt hypotetica, cuius partes coniunctione, Si, iungũtur, vt ſi Sol lucet, &c. alia eſt copulatiua, cuius partes media copula, Et, iunguntur, vt A. currit, & B. mouetur: alia eſt diſiunctiua, cuius partes media, Vel, diſiungũtur, vt vel A. eſt Z. vel B. eſt A. de quibus infra latius.

Definitio propoſitionis hypoteticæ.

Nota. 1. cõplex hypotetica.

Sciendum ſecundo, quòd inter ſimplicem enuntiationem, & compoſitã in genere, eſt prima differentia, quòd ſimplex habet prędicatum, & ſubiectũ, ſecus verò compoſita de ſe nõ habet ſubiectum, & prædicatum, ſed de ſuis partibus, exempla clara ſunt.

Nota. 2. differentiã inter ſimplicẽ & hypoteticam propoſitionem. 1. Differentia.

Secunda differentia, quòd ſimplex, quantitatiua eſt de ſe: vnde vniuerſalis, particularis, &c. compoſita verò minimè, ſed ſolũ in ſuis partibus, quòd, etiãſi nõ placeat Soto, & aliis, eſt verum, vt docet Nyphus in ſuis ludubris, enuntiatio. 28. ex antiquis, & Ariſtoteles, verbi cauſa, omne A. eſt B. & omnis B. eſt C. eſt vniuerſalis de partibus.

2. Differentia.

Tertia differentia, quam ex dictis optimè colligit Villalpãdæus, quòd in hypoteticis non reperitur oppoſitio contraria: ad hanc enim quantitas requiritur: ſed ſolùm inuenitur cõtradicto-

3. Differentia.

dictoria, ad quam ſola qualitas requiritur affirmatio, &c. & licet hoc multum ſit probabile, nó erit abs re dicere, quòd etiã contrariæ, & ſubcontrariæ inueniantur, ratione ſuarum partium, quare item cõtrariæ poſſunt dici, omnis A. eſt B. & omnis B. eſt Z. non omnis A. eſt B. & omnis B. eſt Z.

Illatio ex dictis

Ex quibus omnibus infertur conuenientia harum propoſitionum: in vtraq; enim perfectè qualitas reperitur, ſicut enim ſe habet verbum in ſimplici: ita coniunctio in compoſita, quòd ſi coniunctio principalis (quandoq; enim duæ cõiunctiones in vna compoſita reperiuntur, ſicuti, & duæ copulæ in ſimplici) affirmatur: affirmatiua erit, & ſi negetur, negatiua: quæ tunc perfectè negabitur, quando negatio eſt in fronte totius enuntiationis, verbi cauſa, non ſi Sol lucet dies eſt, & hoc in prima parte.

Dubitatur 1.

Dubitatur primo circa prędicta: cũ hypotetica dici poſſit vniuerſalis, &c. ratione partiũ, vt dictum eſt, an ſit vniuerſalis, vel particularis, quando vna pars eſt vniuerſalis, & altera particularis? verbi cauſa, omnis A. eſt B & aliqua B. eſt Z. Probatur formaliter eſſe mixtæ quantitatis, licet non immerito Nyphus vbi ſupra conditionales, cũ ſint argumẽtationes, denominandas dicat à parte, quæ eſt conſequens, ſicut Ariſtoteles ſyllogiſmos denominat vniuerſales vel particulares à concluſione.

Dubitatur. 2.

Secundo dubitatur in propoſitione hypotetica, an negatio feratur in omnes partes eiuſdem propoſitionis? ideſt, an ſicut negatio in propoſitione hypotetica negat copulam, ita & eius partes? Ratio dubitandi eſt ipſa natura negationis, quæ quidquid poſt ſe inuenit deſtruit, &c.

Nota pro ſolutione dubij.

Pro ſolutione notandum, negationem eſſe duplicem: nominalem, & aduerbialem: nominalis, quæ eſt nomen, vt nullus, nemo: aduerbialis, quæ eſt aduerbiũ, vt non: aduerbialis magis potens eſt, & libera: nominalis enim, vel neceſſariò iungitur ſuo ſubſtantiuo, vt nullus, vel ſi eſt ſubſtãtiuum, vt nemo, nihil, &c. pars eſt ſuæ Cathegoricæ. aduerbialis verò poteſt non eſſe pars Cathegoricæ, ſed negare copulã hypoteticę formaliter: vt non ſi Petrus currit, mouetur, tantùm negatur, ly Si, quæ denotat illationem, & in copulatiua, negatur coniũctio copulatiua. &: etſi vnio Cathegoricarum in diſiũctiua negetur veritas diſiũctionis (quid autem petat diſiunctio ad veritatem,

tatē, dicetur infra) & hoc apertè probatur ex communi modo cócipiendi, nam audita hac propoſitione, non ſi Sol lucet, &c. non cōcipio, quòd Sol nō lucet, aut, quòd dies nō eſt, ſed ſolùm quòd non eſt bona illatio: ſolùm ergo negatio cadit ſuprà illatiuam coniunctionē.

Solutio. Quantùm ad id, quod dicitur in contrarium de natura negationis Reſpōdetur, quòd negatio in hypotetica ponitur, vt formaliter neget proprium, & particulare hypoteticæ, quòd eſt copula, & ita illud propriū negat formaliter, quia propriū eius eſt deſtruere, quod poſt ſe inuenit, vt obiectum propriū, vt in Cathegorica negatio, nō negat ſubiectum vel prædicatum eſſe, ſed tantùm eorū vnionem, vt Z non eſt B. licet vterq; exiſtat: ita in hypotetica formaliter vnio negatur, dixi formaliter, quia conſequenter, & virtute negat in copulatiua alicuius Cathegoricæ veritatem, in diſiunctiua ſecūdum Neotericos, vtriuſq; veritatem, ſecundum Antiquos, negat tantum vnam eſſe veram de quo infra.

Quotuplex ſit hypotetica. Hypoteticæ propoſitionis tres ſunt ſpecies præcipuæ. Cōditionalis (ſub qua intelligo rationalem & cauſalem) copulatiua, & diſiūctiua. de ſinguliſq; ſeorſum dicendum eſt. Conditionalis igitur eſt hypotetica, cuius partes copulantur coniūctione conditionali, Si, vt ſi A. eſt B. &c. rationalis eſt, cuius partes hac cōiunctione, Ergo. copulātur, vt Z. eſt A. ergo Z. eſt B. cauſalis verò cuius partes copulātur coniūctione. Quia. vt quia A. eſt Z. B. eſt A.

1. Nota. Circa quod nota primo, quòd in conditionali & cauſali, illa propoſitio, cui immediatè iungitur vox, Si, & vox, quia, eſt antecedens, vt ſi A. eſt B. quia A. eſt B. in rationali verò, è cōtra illa pars, cui iūgitur vox., ergo, eſt conſequens, vt A. eſt B. ergo B. eſt Z.

2. Nota. Secūdo nota, quòd vox, Si, ſumitur aliquando interroganter, vt ſi licet hoc? aliquādo promiſſiuè, vt, ſi facis hoc, & huius veritas petit, vt nō ponatur antecedens, quin ponatur conſequens, non autem ſumitur illatiuè ita, vt denotet vnū ex alio ſequi.

3. Nota. Tertio nota, quòd conditionalis, cauſalis, & rationalis, & ſunt argumentationes, & ſecūdum hoc dicuntur bonæ, vel malæ, & ſunt propoſitiones hypoteticæ, in quibus ſaltē negatur, vel affirmatur copula, & ſic dicuntur, veræ vel falſæ.

4. Nota. Quarto nota, hanc particulam. Niſi, quādo propoſitionē iungit, vel complexa vim pro-

poſitionis habentia, æquiualere huic, ſi non. vt niſi ille veneratergo iiſſem, ideſt; ſi non veniſset ille, ego iiſſem, eſtq; cõditionalis. Vide Nyphum enuntiato ſecundo.

3. Dubiũ Principaliter tamen attendẽdum eſt, quid requiratur ad veritatem harum propoſitionũ.

Dictũ.1. Pro quo dico primo ad veritatem conditionalis requiritur, & ſufficit, quòd ſit bona conſequentia, formalis, ideſt, quòd conſequens rectè inferatur ex antecedenti: ita, vt non poſſit dari antecedens verum, conſequenti exiſtente falſo: vt ſi Sol lucet, dies eſt.

Illatio.1 ex.1.dicto. Ex quo colligo primo, quòd propoſitio cõditionalis hypotetica, aut eſt neceſsaria, aut impoſſibilis, ideſt, ſi vera eſt neceſſariò eſt vera: & ſi eſt falſa, impoſſibilis: multæ tamen ſunt conditionales veræ moraliter, quia conſequentia eſt bona, & neceſſaria moraliter, & vt plurimum loquendo, vt ſi eſt mater diligit filium, licet aliqua non amet, &c. ita Thæmiſtius, & Nyphus enuntiato tertio, quẽ ſequitur Fonſec. lib. 3. capit. 15. Mercad. cap. de conditionalibus. Principaliter autem probatur, nam ad veritatem conditionalis requiritur, & ſufficit, quòd bona ſit conſequentia, conſequentia autẽ, quæ ſemel eſt bona, ſemper eſt bona: ergo conditionalis vera ſemper eſt vera, & è contra.

Secundo colligo, quòd conditionalis enuntiatio nil ponit ineſſe, ideſt non requirit veritatem antecedentis, & conſequẽtis, ratio eſt, quia bonitas conſequentiæ non requirit veritatẽ propoſitionis: quia reperitur inter falſas, vt ſi Petrus eſt equs eſt hinnibilis. 2. Illatio

Secundo aduertendũ, quòd ad veritatem rationalis propoſitionis; requiruntur duo, primum eſt bonitas conſequẽtię, ſecundum, quòd antecedens, & conſequens ſint vera, vnde hęc falſa cenſenda eſt, homo eſt lapis: ergo eſt ſubſtantia, licet cõſequentia bona ſit. Tertio dico ad veritatem cauſalis propoſitionis tria requiruntur: primũ bonitas conſequentiæ, ſecundum veritas partium, tertium, quòd antecedens cauſa ſit conſequentis: defectu tertiæ conditionis hæc falſa eſt, quia riſibilis eſt Petrus, eſt homo, de his latè ſupra 2. lib. cap. de modo ſciendi. hæc 1. pars capitis. Nota. Nota.

Vt autem loca argnendi cõſtituamus, notandæ ſunt duæ regulæ, pro bonis conſequentiis. Prima quidquid repugnat conſequenti bonæ conſequentiæ, repugnat etiam eius antecedenti. Ratio, quia aliàs in bona con- Nota loca arguẽdi in hypoteticis

conſequentia daretur antecedens verum, & conſequens falſum, vel ſaltem duo cōtradictoria ſimul vera, quòd eſt impoſſibile. Secunda, quidquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens, vnde eſt locus arguendi à primo ad vltimum, quia omiſſis mediis cōſequentis, fit tranſitus à primo antecedenti, vſque ad vltimum conſequens, verbi cauſa, ſi dicas A. eſt B. ergo eſt Z. ergo eſt D. ergo de primo ad vltimum A. eſt D. ratio, quia in bona conſequentia poſito antecedenti, ponitur conſequēs: ergo quod ſequitur poſito cōſequenti, ſequitur poſito antecedenti.

2. Regul.

1. Locus arguēdi — Hoc poſito, quinque ſunt loca arguendi ex Ariſt. 1. Priorum cap. vltimo elicita in conditionalibus: primus eſt, à tota conditionali cū poſitione antecedētis, ad poſitionē cōſequentis valet, verbi cauſa, ſi Sol lucet dies eſt, ſed Sol lucet: ergo dies eſt. Ratio, quia poſito antecedenti in bona conſequentia, ponitur conſequens.

2. Locus. — Secundus locus à tota conditionali cum deſtructione cōſequentis, ad deſtructionem antecedentis, bene valet conſequentia, verbi cauſa, ſi Sol lucet dies eſt, ſed dies non eſt: ergo Sol non lucet. Ratio, quia in bona conſequētia quidquid repugnat conſequēti, repugnat antecedenti.

3. Locus. — Tertius locus à tota conditionali ad diſiunctiuam propoſitionem compoſitā ex oppoſito conſequentis, & antecedētis, bene ſequitur, verbi cauſa, ſi Sol lucet dies eſt: ergo vel dies nō eſt vel Sol non lucet. Ratio, quia altera pars illius diſiuncti, uę, neceſſario eſt vera, alias daretur antecedens verū, & conſequens falſum.

4. Locus — Quartus locus, à tota conditionali ad aliam cōditionalem compoſitam ex oppoſito conſequentis, & oppoſito antecedētis bene valet, vt ſi Sol lucet dies eſt: ergo ſi dies non eſt, Sol non lucet. Ratio, quia in bona conſequentia ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis.

5. Locus. — Quintus locus à cauſali ad rationalem, & à rationali ad cōditionalem; bene valet argumētum, non è contra: ratio, quia magis ſequitur ad cauſalē, quā ad rationalē: ergo magis ad rationalē, quam ad conditionalē, hæc in hoc capite.

CAPVT VI.

De copulatiua.

Definitio copulatiuæ. — IN hoc capite breuiter hoc explicandū eſt: quid ſit copulatiua dixi ſupra, & nūc ſimiliter dico quòd eſt hypotetica, cuius partes coniūctione. Et copulatiuè

vniũtur; dixi copulatiuè: quia, vt ſupra vidimus capite de aſcẽſu, & deſcẽſu, Et, ſumitur copulatiuè, quãdo diuerſas propoſitiones cõiungit, & ſumitur copulatim, quando coniungit diuerſos terminos.

1. Nota. Circa hoc notandũ primo, quòd ad veritatẽ copulatiuę requiritur, quòd vtraq; pars principalis ſit vera: vnde erit falſa, cuiusvna pars eſt falſa: dixi vtraq; pars principalis, quia minus principales poſſunt eſſe falſę, & copulatiua vera, vt eſt hęc: ſi Petrus eſt brutũ eſt irrationale, & ſi eſt lapis, eſt non homo.

2. Nota. Secũdo ad neceſſitatẽ copulatiuę requiritur, vt vtraq; pars ſit neceſſaria, ad contigentiã verò, quòd vtraq; ſimul ſit cõtingẽs, vel vna, dũ altera nõ ſit impoſſibilis, exempla clara ſunt.

3. Nota. Tertio ad impoſsibilitatẽ ſat eſt, vt vna ſit impoſſibilis, vel vtraq; ſimul incõpaſſibilis: licet ſeorſum ſint impoſsibiles, vt Petrus currit & Petrus nõ currit: De rationali verò, & cauſali idem dico, pręter ea, quæ dicta ſunt ſupra. Similiter ſi in conditionali, vel in cauſali antecedẽs nõ poſſit eſſe cauſa cõſequẽtis, erit impoſſibilis, ſi moraliter tãtũ bona eſt, illatio erit neceſſaria moraliter: ſi Metaphiſicè eſt bona illatio, & antecedens neceſſario cauſa conſequentis erit neceſſaria Metaphiſicè.

4. Nota. Quarto ſi hypotetica ſit negatiua, oppoſito modo de illa dicendũ eſt, illa eſt vera, cuius affirmatiua eſt falſa, impoſſibilis, cuius affirmatiua eſt neceſſaria & è cõtra, cui⁹ autę affirmatiua eſt cõtingẽs negatiua eſt cõtingens, exempla ſatis patent.

Difficultas. Difficultas tamẽ eſt circa hãc materiã de ly, Et, copulatim. Pro quo dico eſſe propoſitiones cathegoricas de copulato extremo, quãdo ly, Et, iũgit terminos. Poteſt autem particula, Et, vt ſic copulatim ſumi dupliciter diuiſiuè, quãdo prędicatũ cõuenit vtriq; parti ſubiecti ſeorſum, vt Petr⁹ & Paul⁹ currit, ſumitur etiã cõplexiuè, quãdo vtriq; parti ſubiecti ſimul, non ſeorſum, prędicatũ cõuenit, vt Petr⁹ & Paul⁹ ſunt duo, quãdo ſumitur diuiſiuè reducitur ad hypoteticã formalẽ, quia eſt virtute hypotetica, quãdo cõplexiuè, probat' vt alię cathegoricæ. — Dictũ. 1.

Nota atenter. Signũ autem ad videndũ quomodo ſumitur, ſit hoc, quãdo verbũ eſt ſingularis numeri ſumitur diuiſiuè, quãdo pluralis, complexiuè, niſi termini, quos particula, Et, vnit, eſſent etiam pluralis numeri, vt homines & equi ſunt animalia, tunc enim diſtinctione videndum eſt, quomodo ſumatur, quãdo verò particula, Et, ſtat à parte prędicati, ſumit' cõplexiuè, fitq; pars ei⁹.

Nota. Tandẽ in hoc capite ad regulandam

landam veritatē propoſitionis de ly, Et, copulatiuē, dico, Veritas propoſitionis de ly, Et, diuiſiuè, regulatur per ſuā copulatiuā, in quam reſoluitur, cuius ſi vtraque pars ſit vera, vera illa erit, ſin minus falſa, vt Petrus & Paulus currit.

Præterea veritas propoſitionis de ly, Et, complexiuè regulatur, ſicut & in aliis cathegoricis immediatè per aſcēſum, vel deſcenſum, vnde eſt tenēda regula, ſi prædicatum conuenit toto copulato ſimul, vera eſt propoſitio, ſin minus, falſa.

Locus arguēdi a copulatiuis. Vnde eſt locus arguēdi à tota copulatiua ad ſuā partē, verbi cauſa, A. eſt B. & B. eſt Z. ergo B. eſt Z. & ad aliā partem, ſed nō ex hoc, ſyllogiſmus duas tātū habet propoſitiones, neq; eſt in rigore argumētatio, quia idem videtur inferri ex ſe ipſo.

2. Locus Secundo optimè arguitur à copulatiua negatiua cum poſitione vnius partis, & deſtructione alterius partis, verbi cauſa, nō dies eſt, & nox eſt, ſed dies eſt, ergo nox non eſt, vel è contra. Ratio, quia cū copulatiua negatiua ſignificet vtrãq; partem, qua conſtat, non eſſe verã, bene ſequitur à poſitione vni⁹ partis & negatione alteri⁹, &c.

Contradicta arguitur. Sed cōtra ea, quæ à nobis dicta ſunt, præſertim propoſitionem, in qua eſt ly, Et, complexiuè, eſſe cathegoricam, & debere explorari vera ne, an falſa ſit ex habitudine prædicati ad ſubiectum, ſic argumētor: ſi illud eſſet verum ſequeretur veram propoſitionem effici falſam, conſequens, &c. Probatur ſequela, hæc eſt vera Petrus, & Paulus portant lapidem, ſi duo commemorati portent lapidē ſimul, quē ſinguli non poſſent portare, ſed redditur falſa, ſi examinetur dicto modo; ergo non rectè ſequitur, Petrus & Paulus portant lapidem: ergo A. portat B. & Z portat B. cōſequēs eſt falſum, quia neuter portat B. ſed vterque: ergo, & antecedens, patet conſequentia, quia prædicatū in antecedēti vtriq; ineſt: ergo, & in conſequenti.

Reſpondetur. Reſpondetur propoſitionē in dictu caſu eſſe verã, conſequentia verò eſt vitioſa, quoniã peccat fallacia diuiſionis, diuidō enim falſò.

Reſpondetur. Vel ſecundo dico, quòd nō ſequitur, quia argumentū à propoſitione, in qua coniunctiō &, ſumitur cōplexiuè, ad propoſitionē, in quā diuiſiuè vſurpatur non valet, & hac ratione multa ſophiſmata diluūtur, vt vidēdus eſt Villal. vbi ſupra, & hæc in hoc cap.

CAPVT VII.

De diſiunctiua.

Definitio diſiūctiuæ. DE qua eodē modo diſſerēdum eſt, quo diſputatū eſt

 de

de copulatiuis, & cōditionalibus. Quid autē ſit, dixi ſupra, nihilominus diſiūctiua eſt hypotethica, cuius partes coniūguntur coniūctione, vel diſiūctiuè accepta: dixi diſiūctiuè, quia, vt dixi cap. de inductione, ly, vel, poteſt ſumi dupliciter, vno modo diſiūctiuè, quādo diſiungit diuerſas propoſitiones: alio modo diſiūctim, quādo diſiungit diuerſos terminos, & tunc dicitur de diſiūcto extremo, vt Petrus vel Frāciſcus errat. hoc autē ſecundo modo adhuc dupliciter ſumitur, vno modo diuiſiuè, alio modo cōplexiuè: diuiſiuè ſumitur quādo parti, alteri diſiuncti cōuenit prędicatum, vel de ſubiecto dicitur pars altera prædicati, vt Petrus vel Paulus currit, Petrus eſt homo, vel equs: cōplexiuè, licet nō ſit tam elegās acceptio, eſt quādo toti diſiuncto conuenire prędicatū denotatur, vt quidquid eſt homo vel equs mouetur; & in hac, teneor dare eleemoſynā hanc, vel illā. Quando tenetur diuiſiuè reducitur ad diſiunctiuam, præter quā quando eſt à parte prędicati; nō enim hęc propoſitio, omnis homo eſt albus, vel niger, ſtatim reducenda eſt ad hāc, omnis homo eſt albus, vel omnis homo eſt niger, quia prima eſt vera & ſecunda falſa, ſed prius reducēda eſt ad ſuas ſingulares, deinde ad diſiunctiuā: quādo vero tenetur cōplexiuè, probanda eſt, vt aliæ cathegoricæ.

1. Nota.

Secundo notandū, diſiunctiuā, licet diſiūgat ſignificata, ſignificare per modū vnius, diſiūctionem partiū: & ideo eſt vna propoſitio etiā in modo ſignificādi, nō verò propoſitio ęquiuoca, quia nō ſignificat ſua ſignificata vnita ſaltē in modo ſignificandi, ſed vnio eſt in ſola voce. 2. Nota.

Tertio notandum, quid requiratur ad diſiunctiuæ veritatē: lis eſt inter antiquos, & aliquos Neothericos. Prima ſententia eſt, vt vnā pars tantū ſit vera requiri, ita Cic. lib. 1. Topic. Boëtius, Cicer. explicat, & illū nō impugnat. tenet Geli. lib. 16 eſtq; D. Tho. Opuſc. 48. c. 14. ſi eius eſt Opuſculū: & ex modernis Lemoſ. lib. 1. Periar. c. 4. Villalp. c. vlt. li. 2. Summularū. Fōſec. lib. 3. Dialect. c. 17. hanc potiorē iudicat. tenet Toletus capit. 19. dicitq; eſſe antiquorū Græcorū & Latinorū, & quā plures dicunt eſſe antiquorum. 3. Nota. Dubium 1. Sententia.

Secunda ſententia Soti, Mercado, Nyphi, & Iabelli dū de diſiunctiua agūt, Lobanienſiū tractatu de ſyllogiſmis hypoteticis, eſt, diſiūctiuam eſſe verā, etiamſi vtraq; pars ſit vera, verbi cauſa, Petrus eſt homo, vel eſt animal, pro hac ſententia per pauca ſunt alicuius momenti 2. Sententia.

argumenta, præter illud, quòd nititur his principiis, copulatiuam & diſiúctiua n ex partibus contradicentibus cõtradicere, & copulatiuam negatiuã æquiualere diſiunctiuæ affirmatiuæ ex partibus contradicentibus, ſed principia hæc colloraria ſunt huius ſententiæ, in prima ſententia neganda, licet parum cautè, vel id largiens Neothericis, primum, cõcedat Toledo lib. 2. c. 13. & ſecundum, lib. 1. cap. 29.

Nota pro ſolutione. Pro ſolutione nota vox, vel, dupliciter ſumi, primo pro eo, quòd eſt vnam partem ab alia diſiungere: ſecundo vt facit ſenſum eundem, quem aduerbiũ, Saltẽ, & Ad minùs; vt cũ dico, hic, vel ille euadet doctus, ideſt ſaltem vnus eorum.

1. Concl. Hoc poſito ſit prima cõcluſio omnium, ſi vtraq; pars diſiunctiuæ ſit falſa, eſt diſiunctiua falſa, hæc de ſe patet.

2. Concl. Secunda concluſio. Si particula, Vel, diſiunctiuũ ſeſum faciat eſt falſa, ſi vtraque pars ſit vera: probatur, quia tunc diſiũgit veritatem vnius partis à veritate alterius; & velut conditionalis affirmat per vox, Si, vnum ſequi ex alio, & copulatiua per vox, &, alterum eſſe verum: ita diſiunctiua diſiunctiuè acceptat alterum terminum eſſe verum: ergo ſicut eſt conditionalis falſa, in qua vnum non ſequitur ex alio, & copulatiua, in qua vtrumq; ſimul nonſtat in veritate, diſiunctiua diſiũtiuè accepta erit falſa ſi vnũ non diſtinguitur ab alio in veritate, ſed vtrumq; verum ſit. Secũdo, quia corrigimus eos, qui dicũt, Deus eſt bonus, vel ſapiẽs; nec ob aliud ſanè, quàm quia uirtute dicunt alterum tantum eſſe uerum: & ita eos emendamus, imò vtrumq; verum eſſe.

Proba tur. 2.

3. Concl. Tertia concluſio ſi, vox, vel, faciat ſenſum aduerbij Saltem, eſt vera diſiunctiua, licet vtraq; pars vera ſit, vt Petrus vel Paulus me adiuuabit, vel mei miſerebitur. Ratio, quia ſic ſumpta particula, vel, non diſtinguit vnũ ab alio, ſed ait ſaltem vnũ eſſe verum. Hinc eſt antiquos, & alios primæ ſententiæ bene de diſiũctiua (in ſenſu, ſcilicet, diſiunctiuo) loquutos: Neotericos verò reliquos ſecũdę ſententiæ minus bene vniuerſaliter loquutos, ſed loquuturi ſumus cum dicta diſtinctione: quãdo autem vox, vel, in hoc, vel illo ſenſu accipiatur? ſæpè ex modo vel geſtu loquentis patet, quando non, diſtinctione videndum eſt.

Nota vl. Vltimò notandum, illam diſiunctiuam eſſe neceſſariam, cuius vtraq; pars ſimul nec vera eſſe, nec falſa poteſt, vt Petrus eſt vel non eſt. Illa eſt contingẽs, cuius altera ſaltem pars eſt

contingens, modo altera nõ ſit incompoſsibilis, ſi verò altera pars ſit contingens, & altera neceſſaria, licet autẽ ſecũdæ ſentẽtię authores dicãt eſſe neceſſariam, dico, ſi faciat ſenſum diſiunctiuum eſſe contingentem (erit enim falſa, quando pars contingens fuerit vera) ſi faciat ſenſum aduerbij, Saltem, eſt neceſſaria, vt Petrus currit, vel Petrus eſt rationalis. Impoſſibilis eſt, cuius vtraq; pars eſt impoſſibilis, vel in ſenſu diſiunctiuo, quando vtraq; pars eſt neceſſaria, quia ſemper vtraq; pars eſt vera, & ita diſiunctiua diſiunctiuè accepta eſt falſa.

1. Locus arguẽdi in diſiunctiuis.

3 Iam ergo in hoc capite quædam loca arguendi in diſiũctiuis aperienda ſunt. Primus eſt à tota diſiunctiua affirmatiua cũm poſitione vnius partis, ad negatiõnẽ alterius in ſenſu diſiũctiuo valet; quia nequit vtraq; pars vera eſſe, verbi cauſa, aut eſt dies, aut eſt nox, ſed eſt dies: ergo non eſt nox.

2. Locus.

Valet etiam in eodem ſenſu à negatione vnius partis ad poſitionem alterius, vt vel eſt bonũ, vel non bonum, ſed non eſt bonum: ergò eſt non bonum.

3. Locus.

Tertio valet in ſenſu aduerbij, Saltem, à qualibet parte ad totam diſiunctiuam, verbi cauſa, Petrus currit: ergò vel Petrus currit, vel Paulus diſputat, ſed in hoc idem dico, quòd de argumento à copulatiua ad quamlibet eius partem, diſiunctiuæ autem, & conditionalis negatiua ab authoribus omittuntur, & meritò, quia in eis raro argumẽtamur, & ferè ſemper defectus patet. Qualiter autem dictæ hypotetieæ opponantur dixi capit. 7. differentia tertia, in prima parte capitis. hæc de hoc capite iã de excluſiuis dicamus.

CAPVT VIII.

De exponibilibus tractatus, & primo de Excluſiuis.

De hac materia Mercad. lib. 4. Tolet. lib. 3. à cap. 8. & infra. Fonſec. eodẽ lib. c. 18. Villal. optimè lib. 3. per totum, & alij. M. Soto hoc 4. lib. hic ſolũ agemus de his, de quib⁹ in ſcientiis eſt frequens vſus.

Definitio propoſitionis exponibilis.

PRopoſitio exponibilis eſt formaliter Cathegorica licet ęquiualeat hypoteticæ propter quod de exponibilibus agitur cõmuniter poſt hypoteticas, per quas declarantur, eſt ergo propoſitio exponibilis, quę propter aliquas particulas adiectas nimis eget expoſitione: propoſitiones verò per quas exponitur dicuntur exponentes. Inter quas prima occurrit excluſiua

Quid ſit excluſiua.

cluſiua, & eſt propoſitio, quæ modificatur ſigno tantũ, ſolũ, dũtaxat, & ſimilibus. vbi aduertendum eſt huiuſmodi particulas, poſſe apponi ſubiecto, initio propoſitionis, & tũc faciũt propoſitionem ſimpliciter excluſiuam: quia totam propoſitionem afficiunt, & modificãt, & tunc excludunt alia ſubiecta à participatione eiuſdem prædicati, vt tantum homo eſt animal, ſenſus eſt naturam animalis ſolus homo participat, vel apponitur huiuſmodi particula prædicato, & ipſam ſolũ modificat, & dicitur propoſitio de excluſo extremo, & denotatur, ſubiecto alia prædicata præter illud non conuenire, ſiue hæc excluſio ſit pluralitatis, ſiue alietatis, ideſt, ſiue excludatur alius numerus præter poſitus, ſiue alia res, exempla conſtat, vt prędicamenta ſunt tãtum decem, ideſt decem, & non plura, & prædicabilia ſunt tantum quinque, ideſt quinque, & non plura, & Petrus eſt tantum albus, ideſt albus, & nihil aliud, & ita hæc eſt hæretica, Chriſtus eſt tantum homo.

Quotuplex ſit excluſiua.

Omiſſa propoſitione de excluſo extremo, quia clara: propoſitio ſimpliciter excluſiua eſt quadruplex in qualitate: alia eſt omnino affirmatiua de modo, & de verbo, vt tantum homo eſt animal: alia omnino negatiua, vt non tantum homo non eſt animal: alia affirmatiua de modo, & negatiua de verbo, vt tantum homo nõ eſt animal: alia tandem negatiua de modo, & affirmatiua de verbo, vt non tantum homo eſt animal: quælibet ex his exponitur à Petro Hiſpano, Soto, Toleto, Fonſeca, & aliis per duas propoſitiones, & ita ſingulis exponendis, ſingulas accommodant dictiones, ſcilicet, iſte, regit, proram, clauo, & ita prædictarum oppoſitionẽ explicant, vt clare, & breuiter in ante prædicamentis: nos autem breuiſſimè, & clariſſimè cum Villalpandeo, vt ſupra exponimus ſic.

Primum genus ſit, tantum homo eſt animal, ideſt nihil aliud ab homine eſt animal. Secundum genus ſit, non tantum homo eſt animal, ideſt aliquid aliud ab homine eſt animal, & contradicunt, vt patet.

Tertium genus ſit tantum homo non eſt animal, ideſt omne aliud ab homine eſt animal. Quartum genus ſit, non tantum homo non eſt animal, ideſt aliquid aliud ab homine non eſt animal: quæ etiã contradicunt, quare inſpectis æquipolentibus, facile omne genus oppoſitionis in illis ordinabis.

Nota vl. Vltimo tādem aduerte, vox tantum, confundere terminum proximum, & remotum diſtribuere, quare hæc propoſitio tantum homo eſt animal, conuertitur in hāc: ergo omne animal eſt homo, vide Fōſ. vbi ſupra capite 20. Aduertendum etiam ſignum excluſiuum, non excludere, ea quæ neceſsario committantur aliquam rem, vt cum dicitur, Petrus eſt tantum criſpus, non excluditur caput, & Petrus eſt tantum pater non excluditur quin habeat filium, ſicut cum dicitur, tantum eſt vnum principium, non excluditur principiatum, quia inter patrem & filium, principium, & principiatum eſt neceſſaria connexio.

Arguitur contradicta. Sed contra, hæc propoſitio tātum homo eſt animal eſt affirmatiua: ergo non debet exponi per negatiuam ſicut nos expoſuimus, quia ſi nihil exiſtat, affirmatiua erit falſa, & exponens negatiua vera, eo quod negatiua ad ſui veritatē non petit exiſtentiā extremorum, quā petit affirmatiua. Reſpondetur ad argumētum. Reſpondetur negando conſequentiam, quia in illa exponente negatiua, virtute clauditur affirmatio, & ita debet præſuponi, nam ſenſus eſt, tantū homo eſt animal, id eſt nihil aliud ab homine, qui vere eſt animal, eſt animal.

CAPVT IX.

De exceptiuis.

Definitio exceptiua. EXceptiua eſt propoſitio cōſtans ſigno exceptiuo quale eſt, præter, vel ſimile: vt omne animal præter hominem eſt irrationale, quomodo autem congrue fiat ex Grammatica ſupponendum eſt. Vide Merc. cap. 6. Fonſecam capit. 21. Sed notandum primo, quòd exceptiuarū quadruplex eſt genus 1. Nota. merae negatiuarū, &c. ſicut de excluſiuis dixi quælibet propoſitio exceptiua à Petro Hiſpano, Soto, & aliis, per tres propoſitiones declaratur, à Tole. per duas, ad quod ij referunt nōnullas dictiones, quas videre eſt in illis, ſed melius & clarius à Villalpandeo lib. 3. ca. 3. quælibet exponitur per vnam tantum, vt infra patebit.

2. Nota. Secundo, aduerte terminum exceptum debere inferiorē eſſe illo à quo excipitur, vt omne animal præter hominem, &c. voce hominem inferior eſt.

3. Nota. Tertio aduerte, quòd tā terminus à quo fit exceptio, quàm terminus, qui excipitur debet diſtribui, vt in exemplo poſito patet ſatis.

4. Nota. Quarto aduerte, quòd quodlibet propoſitionis genus exponitur per vnam tantum, ponendo loco vocis præter, vox, aliud,

aliud, vel vox excepto, vnde primũ genus ſic exponitur, omne animal præter hominẽ eſt irrationale, ideſt omne animal aliud ab homine, vel homine excepto, vel quod non eſt homo eſt irrationale.

Secundum genus ſic, non omne animal præter hominẽ eſt irrationale, non omne animal aliud ab homine eſt irrationale.

Tertiũ genus ſic, omne animal præter hominem non eſt irrationale, omne animal aliud ab homine nõ eſt irrationale.

Quartum genus ſic, non omne animal præter hominem non eſt rationale, non omne animal aliud ab homine nõ eſt rationale, & ſic de cæteris, quare inſpectis æquipolentiis facile oppoſitiones aſſignabis.

Et ſi dicas adhuc illa particula aliud ab homine indigere expoſitione. Reſpondetur non indigere, quia clariſſimũ eſt quid importet.

CAPVT X.

De reduplicatiuis.

Definit. reduplicatiuæ.

REduplicatiua dicitur propoſitio conſtans dictione reduplicante, qualis eſt in quãtum, quatenus, ſecũdum quod tale (ſic de aliis) ſumitur autem particula in quantum reduplicatiuè, & alio modo ſpecificatiuè ſummitur, quando importat rationẽ formalem, ſub qua prædicatum cõuenit ſubiecto, & tũc non facit exponibilem, ſed oportet explicare illam rationem, vt ens in quantum ens eſt obiectũ Metaphiſicæ, ideſt, ſub ratione entis, color in quãtum color eſt obiectum viſus, ideſt ſub ratione coloris.

Particula in quantũ ſumitur dupliciter.

2. Modo

Secundo modo, ideſt reduplicatiuè quãdo importat cauſam prædicati, vt homo in quã tum rationalis eſt riſibilis, & quælibet reduplicatiua (poteſt enim variari ſecũdum quatuor modos excluſiuę) exponitur à Petro Hiſpano per quatuor mortales propoſitiones, difficilius enim eſt eas comprehendere, quam exponibilem: ideo cum Toleto cap. 11 Villalpandeo cap, 4 & Fonſeca capi. 22. prædicta reduplicatiua exponitur per propoſitionem dicentem cauſam, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè, vt fuerit reduplicatiua, vt homo in quãtum rationalis eſt riſibilis, ideſt, quia eſt rationalis eſt riſibilis, & homo non in quantum homo eſt riſibilis, ideſt non, quia eſt rationalis, eſt riſibilis, & ſic de aliis. Vbi nota, quòd reduplicatiuæ oppoſitiones ſicut in excluſiuis debẽt fieri. Secundo nota quòd terminus reduplicatus ſupponit immobiliter.

CAPVT XI.
De ly differt.

Definitio propoſitiones de ly differt.

PRopoſitio de differt eſt in qua verbum differt, vel ſimile, vt differunt, diuerſum, repetitur, duplex eſt genus harum: mœre affirmans, vt Petrus differt à Paulo, mœre negans, vt Petrus non differt à Paulo, & nō pluribus modis poteſt multiplicari, quia idem omnino eſt modus conſtituens enunciationem de ly differt, & verbum quo potiſſimum cōſtat enunciatio, vt optimè Villalpādeus vbi ſupra. vnde ſolum affirmatiua vel negatiua eſſe poteſt. Affirmatiua de differt communiter exponitur per tres propoſitiones, quarum duæ aſſerunt extrema eſſe, tertia verò negat vnum extremum de altero, vt petrus differt à Paulo, ſic, Petrus eſt, & Paulus eſt, & Petrus non eſt Paulus.

Nota.

Vbi nota, quòd terminus qui regitur à verbo differt, ſi eſt cōmunis ſupponit diſtributiuè. Negatiua vero per alias tres propoſitiones contradictorio modo exponitur, vt Petrus nō differt à Paulo, ſic, Petrus non eſt, vel Paulus nó eſt, vel Petrus eſt Paulus.

Sed melius cū Villalpādeo vbi ſupra per ſolam tertiam exponentem declarantur, vt Petrus differt à Paulo, ideſt Petrus non eſt Paulus: ſecū da ſic, Petrus nō differt à Paulo, ideſt Petrus eſt Paulus, nec oportet, vt illa quæ dicū tur differre exiſtāt, vt Porphyr. c. de differētia docet ſecundū, quem modū Petrus ſenex differt à ſeipſo iuuene, & tamen cū eſt ſenex nō eſt iuuenis.

Vbi ſecundo nota, quòd ſi verbo differt, addatur aliqua dictis denotās quomodo aliqua differāt, debet manere in exponentibus, vt Petrus differt ſpecie ab equo, ſic, Petrus non eſt eiuſdem ſpeciei cuius eſt equs.

CAPVT XII.
De comparatiuis, & ſuperlatiuis, & de aliis.

DE comparatiuis & ſuperlatiuis ad Grammaticos: tantum nota, comparationem aliquando eſſe propriam, vt quādo extrema participant rationē illius in quo comparantur, & tūc ſic exponuntur, Petrus eſt ſapientior Paulo, ideſt magis ſapiens quam Paulus, & negatiua contradictorio modo: ſimiliter de ſuperlatiuo propoſitio, ſic, Petrus eſt ſapientiſſimus omnium, ideſt, quocunq; homine ſapientior, & negatiua contradictorio modo.

Aliquando vero eſt comparatio impropria, vt quando extre-

trema non participant illud in quo comparatur, vt bi cauſa, mare Caſpium eſt dulcis cæteris: & tunc exponitur ſic, ideſt minus amarum, Petrus eſt ſapientior Paulo, ideſt, minus ignarus, Petus eſt maximus, ideſt nullus illo maior.

De, incipit, autem & deſinit, notum eſt, quid ſignificet, quo autem pacto, ſubſtantiæ, vel accidentia incipiant, & deſinant, & diuerſos modos inceptionis explicare, ad Phyſicum pertinet: lib. 6. vbi Sot. q. 3. & hic, forte inmature, cap. 5. Toler. ca. 11. melius tamẽ Villalp. interim recolenda ſunt quæ de iſtis, capi. de amplatione dicebamus.

De infinito tandem quomodo exponatur, & de acceptionibus illius, etiam Phyſicũ eſt tractare, quòd cõſtat lib. 3. q. 2. noſtra de æternitate agitur etiã lib. 4. Phyſic. q. 3. noſtra, vbi de duratione in communi: quid verò ſit totum notum eſt, ſignificat enim perfectũ, de quo 1. de cęlo. c. 1. Pręterea ly adęquate, certam quandam comenſurationem importat, vt Eclypſis durabit tres horas adæquatè, ideſt, nec plus nec minus. Hæc vtiliter ex hoc tractatu ſciuntur, reliqua, vt inutilia ſcienter, ommittuntur.

PARS

PARS QVINTA SVMMÆ SVMMVLARVM.

De ſyllogiſmo in communi eiuſque partibus.

CAPVT I.

De ordine procedendi & intentione Authoris.

QVONIAM (ſicuti præfationē huius operis explicuimus) Dialectica (cuiꝰ ſummam nūc vltimo apponimus) in triplici operatione intellectus verſatur, in ſimpliciū ſcilicet apprehēſione, compoſitione ſeu diuiſione, & ratiocinatione, hactenuſq; actum ſit de prima & ſecunda operatione, & de his omnibus, quæ ipſam conſequuntur: reliquum eſt, vt de tertio, quæ eſt diſcurſus, ſeu ratiocinatio hac in vltima parte diſputemus, cuius quidē ſpecies quatuor ſunt, vt cap. de argumentatione dicebam, Inductio, Enthimema. Exemplū, & ſyllogiſmus, de quibus iam venit dicendum, non tamen ęqualiter de omnibus: quia intentio eſt præcipuè de ſyllogiſmo, qui inter alias primatum tenet agere, hoc ordine & ratione, vt prius de fundamentis huius artis ſyllogiſticæ, materiaq; tam remota, quàm proxima, & forma illius, deinde de defectibus quibus ſyllogiſmus inficiatur: tādemq; de arte inueniēdi medium pro nouiciorum capacitate agamus, quod & Ariſt. lib. Priorū (quibus pars hæc correſpondet) fecit, & nos etiam cum eo ibidem fuſius etiā per quæſtiones & articulos fecimus.

Quatuor ſunt ſpecies argumentationis.

CAPVT II.

De materia Syllogiſmi, quæ eſt terminus & propoſitio.

A Notioribus incipiētes, vt docet Phyloſ. Primo materiam ſyllogiſticam, terminū & propoſitionem explicamus conſtat namq; ſyllogiſmus propoſitionibus, propoſitio vero terminis, terminus autē ex Ariſtot. 1. Prior. eſt in quem reſoluitur propoſitio, tanquam in ſubiectum & prædicatū: vnde hæc magis in hac parte ſtrictè vſur-

Definitio termini in ordine ad ſyllogiſmum.

patur terminus quã. 1. p. cap. 1. nam ſolum in hac cõſideratione eſt terminus, qui eſt totale prædicatum vel ſubiectum: & ita à ratione termini ſyllogiſtici excluduntur, omnia ſincathegoremata & copulæ verbales.

Definitio propoſitionis in ordine ad ſyllogiſmum.

Propoſitio autem eſt oratio in qua aliquid de aliquo dicitur, vel aliquid ab aliquo remouetur, hoc eſt, eſt oratio affirmatiua vel negatiua. Exempla patent ſatis. hanc autem definitionem M. Soto hic negat eſſe formalem, ſed tantum quandã enumerationẽ partium, quibus ſyllogiſmus conſtat: ſed profectò iuxta ſubiectam materiam plus quã formalis definitio eſt, aliud enim eſt conſiderare propoſitionem ſecundum ſe, id eſt vt propoſitio eſt abſolutè, & ſic per verum vel falſum ſupra eſt definita, aliud vero eſt illam cõſiderare effectiuè, in ordine ad ſyllogiſmum, & ad formam conſequentiæ, & ſic impertinens eſt, quòd ſit vera, vel falſa cum inter propoſitiones impoſsibiles, neceſſaria conſequẽtia reperiatur: eſt tamẽ de intrinſeca ratione ſyllogiſmi, quòd ſit affirmatiua, vel negatiua, quia ſtatim dicetur ex puris negatiuis nil ſequitur: eſt ergo terminus & propoſitio, remota materia ſyllogiſmi.

Materia remota ſyllogiſmiq;.

Materia proxima ſyllogiſmiq;.

Materia autem proxima illius, ſunt duæ propoſitiones & tres termini. Prima propoſitio, dicitur maior: ſecunda vero dicitur minor. Ratio eſt, quia vt in plurimum, ſecunda propoſitio continetur ſub ſubiecto primę, vt cap. ſequẽti patebit, verbi cauſa, omnis homo eſt animal Petrus eſt homo: prima dicitur maior, ſecunda minor.

1. Nota.

Pro quo ſciendum primo, quòd licet commune ſit omnibus conſequentiis, vt propoſitio inferens dicatur antecedẽs, & propoſitio illata conſequẽs, hoc tamen eſt propium ſyllogiſmi, vt propoſitiones inferentes dicantur præmiſſæ, & propoſitio illata dicatur cõcluſio.

2. Nota.

Secundo ſciendum, vt docet Petrus Hiſpanus, impoſsibile eſt quòd conficiantur duę propoſitiones ex tribus terminis, niſi alter eorum vis ſummatur in vtraq; propoſitione: ille ergo terminus qui viſ ſummitur, ſcilicet ſemel in maiori, & iterũ in minori, dicitur mediũ, & alter terminus, qui ſummitur cũ medio in maiori dicitur maior extremitas: alter verò, qui ſimul cum medio ſumitur in minori, minor extremitas nũcupatur, verbi cauſa, omnis homo eſt animal, Petrus eſt homo, ly homo eſt mediũ, quia vis ſumitur in vtraq; propoſitione, ly animal maior extremitas, ly Petrus minor, & iſte eſt cõmunis & verus modus loquẽdi Philoſophorũ.

Quid ſit medium in ſyllogiſmo.

licet

licet alios ex Auerro. Alex. & aliis afferat Fonſec.cap. 12. qui tamen licet veri ſint, cum noſtro coincidunt. vbi obiter cõſideret lector, quòd non eſt neceſſarium, vt medium ponatur in recto, ſed ſufficit etiam in obliquo, verbi cauſa, cuiuſlibet hominis animal eſt intelligens Petrus eſt homo, &c. de quo infra ſuo loco.

CAPVT III.

De Syllogiſmo eiuſq; fundamentis.

NOn eſt cur hac in parte Læmoſ. cap. 17. (alias virum doctum forte) audiamus, qui ſine ratione motus, mille Villalpand errores (ſic eos vocat) numerat, veræ ſyllogiſmi definitionis, hoc ſolo verbo eos explodens, vt ſibi fides adhibeatur, eſt, ergo. ſyllogiſmus, oratio hypotetica, in qua quibuſdam poſitis, neceſſe eſt aliquid aliud accidere, per ea quæ poſita ſunt, ly oratio hypotetica, obtinet vicem generis, reliquæ vero particulæ locum differentiæ, vt ſtatim patebit, verbi cauſa, omnis homo currit, Petr⁹ eſt homo: ergo Petrus currit, iſte ſyllogiſmus, quia eſt oratio hypotetica, in qua duabus primis propoſitionibus poſitis, tertia neceſſario ſequitur, per ea quæ poſita ſunt.

Definitio ſyllogiſmi.

Pro huius explicatione ſciẽdum primo, quòd ſyllogiſmus duplex eſt, alius cathegoricus, cuius ſcilicet vtraque præmiſſa eſt propoſitio Cathegorica, de quo data eſt præſens definitio: alius eſt hypoteticus, cuius altera præmiſſarum eſt hypotetica, verbi cauſa, ſi Sol lucet dies eſt, ſed Sol lucet: ergo, &c. de quo infra redibit ſermo.

Nota. 1. pro explicatio definitionis ſyllogiſmi.

Secundo ſciendum, quod tã apud Ariſt. quam apud eius omnes interpretes, ſyllogiſmus accipitur, pro ſolis duabus præmiſſis, in antecedẽti diſpoſitis: qua ratione, ſupra p. 1. c. de modo ſciendi diceba͂, quòd antecedens ſolũ eſt modus ſciendi, & argumentatio: aliquando tamẽ ſummitur ſyllogiſmus pro antecedenti ſimul & cõcluſione, vt patet in hac definitione, dũ dicitur aliquid aliud, &c.

Nota. 2.

Tertio & vltimo ſciendum, quòd in hac ſecunda conſideratione ſyllogiſmus ad ſui rationem tria requirit: primo, quod ſit conſequentia formalis & neceſſaria, ideſt, quod teneat ratione connexionis extremorũ, & nõ ratione materiæ: & hoc eſt, quod dicitur in definitione aliquid aliud neceſſario ſequitur. Secũdo requirit, quòd ſyllogiſm⁹ habeat neceſſario pro antecedẽti duas propoſitiones

Nota. 3.

diſpoſitas in debita figura & modo qua ratione excluditur enthimema à ratione ſyllogiſmi, & argumentũ, quòd fit à definito ad definitionẽ & à membro diuiſi ad diuiſum, & generaliter omnes cõſequentiæ, in quibus pro antecedẽti ſolũ ſtat vna propoſitio. Tertio requiritur, quòd cõcluſio inferatur ratione cõnexionis medij cũ extremitatibus in antecedenti, & ſic reiicitur ſyllogiſmus hypoteticus à ratione proprij ſyllogiſmi quia in illo concluſio nõ tenet per connexionẽ medij cũ extremitatibus, ſed per aliũ locum Dialecticum, vt infra patebit, & hoc eſt, quod dicitur, per ea quæ poſita ſunt.

Ver' ſenſus definitionis ſyllogiſmi.

Iã ergo liquet ſenſus definitionis, in qua dicitur quod eſt oratio hypotetica, ideſt conſequentia formalis & neceſſaria, in qua ex connexione medij cũ extremitatibus in antecedenti, infertur neceſſario cõnexio extremitatũ in concluſione, propter debitã diſpoſitionem terminorũ in antecedenti, & hoc eſt quod docet Ariſt. quæcũq; ſunt eadem vni tertio, ideſt medio, ſunt eadẽ inter ſe: quare cũ extremitates in antecedẽti vniãtur medio, inter ſe vniuntur in concluſione.

Ideſt medio.

Huius autem firmamentum & robur, ideſt, totius artis ſyllogiſticæ, quod in hoc cõſiſtit, vt ea quæ in antecedenti cum medio vniuntur, inter ſe etiam in cõcluſione vniantur, vt poſuit Ariſtot. in lib. de Priori reſolutione: pro quo conſiderandum eſt, quod ſyllogiſmus duplex eſt, alius perfectus, qui ita plane ex antecedenti conſequens colligit, vt nulla alia re ad id opus habeat, verbi cauſa, omne vitium eſt fugiendum, omnis auaritia eſt vitium: ergo omnis auaritia fugienda eſt: alius vero eſt imperfectus, qui non ita plane colligit, vt non indigeat aliquo alio (de quo ſtatim) vt pote cõuerſione tranſmutatione ue alicuius propoſitionis, ad hoc, vt omnibus neceſſarius appareat, talis eſt iſte omne vitium eſt fugiendum omnis auaritia eſt vitium: ergo fugienda eſt aliqua auaritia, iſte enim vt appareat omnibus indiget conuerſione concluſionis, quæ ſimpliciter ſic conuertitur aliqua auaritia eſt fugienda: ergo, &c.

Syllogiſmus eſt duplex perfect' & imperfectus, & quid.

Iã ergo aut ſyllogiſmus perfectus eſt aut imperfectus: ſi imperfectus ſit, accipit vim & robur contra talem conſequẽtiam negantes eſſe bonam, ex ſyllogiſmo perfecto ad quem reducitur, vt ſtatim dicam: quia ſola diſpoſitione ab illo differt: ſyllogiſmus autem perfectus, qui eſt velut exemplar, & rectũ, per quod imperfectus regula-

regulatur, aut affirmatiuus eſt, aut negatiuus: ſi affirmatiuus eſt, inde habet vim cōtra negātes eſſe legitimam conſequentiam, ex eo quòd in tali ſyllogiſmo prędicatū maioris propoſitionis, dicatur de eo in omni ſubiecto, quod enim de altero prædicatur, vt de omni, neceſſario etiam dicitur, de quolibet contento ſub eo, ſed prædicatum maioris ſyllogiſmi affirmatiui dicitur de omni ſubiecto, cum maior ſit propoſitio vniuerſalis affirmans: ergo dicitur de omni eo quod conti net ſubiectum: ſed ſubiectū minoris propoſitionis ſumitur, vt contentum ſub ſubiecto maioris, & hoc prædicatur in concluſione: ergo illatio perfecta eſt, verbi cauſa, omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſubſtantia, tunc ſic, quęcunque ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe apud omnes, ſed ſubiectum minoris & prædicatum maioris, ſunt eadem vni medio tertio: ergo ſunt eadem inter ſe, & hoc ſolum fit in concluſione ſyllogiſmi affirmatiui: ergo optima eſt talis conſequentia: & hoc fundamētum ſyllogiſmi affirmatiui dicitur dici de omni, vt ratione explicata, patet.

Vnde habeat robur ſyllogiſmus affirmatibus.

Sin autem ſyllogiſmus perfectus fuerit negatiuus, inde robur habet, quòd in illo prædicatū maioris propoſitionis de nullo dicatur ſubiecto, quòd enim de altero dicitur, vt de nullo, dicitur etiā de quolibet contēto ſub illo: hoc eſt, quòd remouetur ab aliquo vniuerſaliter, etiam remouetur ab omni contento ſub illo: & ſic etiá negatiuus habet vim per affirmatiuum: ſed prædicatum maioris propoſitionis ſyllogiſmi negatiui, dicitur de ſubiecto vt de nullo, cum talis propoſitio ſit vniuerſalis negatiua. ergo de quouis cōtento ſub eo, ſed ſubiectum minoris ſummitur, vt contentum ſub ſubiecto maioris: ergo dicitur de illo negatiuè, & hoc ſolum fit in concluſione: ergo legitima eſt talis cōſequētia, verbi cauſa, nulla ſubſtantia eſt accidens, omnis homo eſt ſubſtantia: ergo nullus homo eſt accidens: & iſtud fundamentum ſyllogiſmi negatiui, dicitur communiter & bene, dici de nullo, ſed profecto ſi proteruus adhuc quis perſiſtat demonſtrationi ſenſibile, ideſt inductione (de qua. p. 2. & infra dicam) conuincēdus eſt, taliſq; erit multum ſenſualis magis bruti participās, quam hominis: manent ergo explicata fundamēta ſyllogiſmi, & ſyllogiſmus ipſe, quòd vt magis pateat ſit.

Vnde robur ſylogiſmi negatiui.

Caput

CAPVT IIII.

De forma Syllogiſmi, quæ eſt figura & modus.

Quid ſit figura.

FIguram ſic communiter cōſueuerunt definire, eſt ordinatio trium terminorum ſecundum debitam ſubiectionem & prædicationem, vnde patet, quod figuræ ratio penes medium attendatur, quod cum multipliciter poſſit accipi in præmiſſis, multiplex etiam eſt figura, nempè triplex, quarum ſufficientiam connatur demonſtrare Lemoſ. capit. 18. hæc tamen ſufficiat, nam aut medium eſt ſubiectum in maiori, aut prædicatum in minori, & ſic cōſtituit primam figuram, verbi cauſa, omnis A. eſt B. ſed C. eſt A. ergo C. eſt B. aut ſecundo, medium eſt prædicatum in vtraque, & ſic conſtituit ſecundam figuram, verbi cauſa, omnis A. eſt B. ſed omnis C. eſt B. ergo omnis C. eſt A. aut tandem medium eſt ſubiectum in vtraque, & conſtituit tertiam figuram, ſic omnis A. eſt B. ſed omnis A. eſt C. ergo omnis C eſt B.

Triplex figura.

Nota pro explicatione figuræ.

Pro huius intelligentia notandum primo, quod hæc nomina terminus, interuallum, & figura, Ariſtoteles deſumpſit ex Geometra ipſo, nam quemadmodum Geometra lineas quæ ſunt extrema figurarum, appellat terminos, ſpatia vero, quæ inter lineas continētur interualla, illud tandem, quod ex lineis & interuallis reſultat, figuram vocitat: ita Ariſtoteles extrema ſyllogiſmorum & propoſitionum, vt pote ſubiectū, & prædicatum terminos appellat: propoſitionem verò, quæ duobus terminis continetur nominat interuallum. ca 4. primi Priorum, & aliis multis in locis: formam verò, quę terminis & interuallis conſtituitur figuram appellare voluit.

Nota. 2. quod nō eſt quarta figura.

Secundo ſciendum, quod aliqui volunt eſſe quartam figuram, ſcilicet quando medium in maiori prædicatur, & in minori ſubiicitur, verbi cauſa, omnis B. eſt A. ſed omnis A. eſt C. ergo omnis C. eſt B. Ariſt. autē tantum vtitur prima figura, quando ſcilicet medium in maiori ſubiicitur, & in minori prædicatur, vt dicit Soto, eamq; ſic videtur definire, & eiuſmodi omnes (de quibus infra) ſic tenent, non tamen cū in maiori prædicatur medium, quia in Celarem non ſequitur, nullus homo mouetur, omne quod mouetur eſt animal. ergo nullum animal eſt homo: antecedens enim eſt verum, ſi omnia bruta moueantur tan-

tum, conſequens tamen eſt falſum, faciuntque authorem huius quartæ figuræ Gallenum.

Dico tamen cum Lemoſio vbi ſupra, hanc figuram quando eſt bona, conſequentia nó differre à prima, niſi conuerſione, vel tranſmutatione præmiſſarum, vt dictum exemplum pro ea ſit in Barbara, ſic ſi minor fiat maior & è contra omnis A. eſt C. ſed omnis B. eſt A. ergo omnis B. eſt C. nec Gallenus, vt docet Lemoſius id inuenit, aut docuit, ſed ille modus arguendi tribuitur Stoycis, diſtinctum à prima figura, quem nos vocamus: de primo ad vltimum, Cicero verò Soritem. Iam tamen dixi non eſſe diſtinctum à prima figura, nec eſſe bonam conſequentiam, niſi conuerſione, vel tranſmutatione præmiſſarum, ſit in aliqua trium figurararum: nec loquor de conuerſione, vt. p.3. actum eſt, ſed vt idem eſt, quod tranſmutatio præmiſſarum: ponoq; pro eodem conuerſionem, & tranſmutationem, nam omnes penè modi per conuerſionem alicuius propoſitionis ſimpliciter, vel per accidens, fiunt in prima figura: & tamen ſunt diſtinctæ conſequentiæ non autem quando ſola eſt tranſmutatio præmiſſarum, vt ſtatim videbimus.

Aliter reſpondet Niphus, 1. Priorum ex Auerro. non tamen placet, & hæc ſatis de numero figurarum, vt interim omittam elegantem Laurentium Vallam, qui (vt refert Niphus) negat tertiam figuram, dicens, non eſſe naturalem, eo quod ruſtici & imperiti naturali impetu ea non vtantur, ſed vt patebit omnes ea vtimur, vt demonſtrabo in ſyllogiſmo expoſitorio, & dato non vterentur ea ruſtici, eſt conformis rationi, cum medium poſſit bis ſubiici: præter rationem autem primam, quæ data eſt à nobis, aliam reddit Lemoſius, qui ſe tenet etiam ex parte formæ in ſyllogiſmis.

Explicata figura, quid ſit modus, explicandum eſt, ſicuti autem ex variatione medij uariatur etiam & figura, ſic etiam ex variatione propoſitionum conſurgit varietas modorum, de quibus ſygillatim infra, Modus ergo eſt diſpoſitio duarum propoſitionum in debita quantitate, & qualitate eſſentiali: debitam autem quantitatem voco, quod vtraque præmiſſa non ſit particularis, ſed ad minus altera ſit vniuerſalis, quia ex plu- Quid ſit modus.

nibus

ribus particularibus in definitis, vel ſingularibus, nihil ſequitur: ſi autem attingat quod altera præmiſſarum ſit particularis, &c. concluſio etiam debet eſſe particularis, quia aliàs argumentaremur à non diſtributo, ad diſtributum, & hoc eſt, quod dicitur communiter, quod concluſio ſequitur debiliorem partem.

Cõditio ſequitur debiliorem partem.

Rurſus debita qualitas modi eſt, quod vtraque præmiſſa non ſit negatiua, ſed ad minus altera ſit affirmans: quia ex puris negatiuis nihil ſequitur, ſin autem altera præmiſſarum fuerit negans, concluſio etiam negans erit, ratione facta, quia negatiua debilior eſt reſpectu affirmatiuæ, ſicuti particularis reſpectu vniuerſalis, hoc autem intellige generaliter in omni ſyllogiſmo abſolutè, quod ſecus eſt in aliis argumentationibus.

CAPVT V.

De conditionibus ad ſyllogiſmum requiſitis.

VT autem dicta & dicenda percipiantur, oportet ponere & ſtatuere tam conditiones ſyllogiſmi, quàm defectûs paralogiſmi: quia autem, vt ait Ariſtoteles contrariorum eadem eſt diſciplina, ideſt cognitio vnius, plurimum ad cognitionem alterius conducit. Quatuor ſolent aſſignari conditiones communiter, & quatuordecim defectus, ſed hęc omnia ad tres conditiones & quatuor vel quinque defectus reducam.

Cõditiones boni ſyllogiſmi.

Prima, vt medium in aliqua præmiſſa ſit totale extremum, vel in præmiſſis, & extremitates in concluſione ſint totalia extrema, ideſt integra ſubiecta vel prædicata: vnde iſtæ præmiſſæ nullæ ſunt, cuiuslibet hominis equs eſt hinibilis, cuiuslibet hominis canis eſt latrabilis, quia medium, ſcilicet hominis nullibi eſt totale extremum, quamquã bonæ eſſent, ſi ly hominis tantum ſumeretur pro ſubiecto, vt eſſet ſenſus quilibet homo habet equm hinibilem, quilibet homo habet canem latrabilem.

2. Conditio.

Secunda conditio eſt, vt medium non ponatur in concluſione, vnde hic non colligit, Omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſubſtantia quia eſt animal.

Nota pro explicatione conditionum.

Vbi aduertendum, quod limitantur dictæ conditiones, niſi ad ſeruandam proprietatem Logicalem, ideſt, vt liceat ad ſeruandam proprietatem Logicalem, ampliationem, appellationem, ſuppoſitionem, &c. medium non eſſe totale extremum, aut extremitates non eſſe totalia extrema, vel medium poni in concluſione, vnde bene ſequitur cuiuſlibet hominis equs currit, Petrus poſſibiliter eſt homo, qui exiſtit: ergo Petri equs currit, quia ly, qui exiſtit additur, vt ly homo non ſtet magis ample in minori, vbi non diſtribuitur, quam in maiori, vbi diſtribuitur: & ſimiliter propter appellationē, vt hoc albū eſt veniens, video hoc album: ergo video album quod venit: nam ſi dicas: ergo video venientē, videtur intelligi, ſub ratione venientis videri, quod non erat dictum in præmiſſis.

3. Conditio.

Tertia & vltima conditio eſt, vt quod ponitur in vna præmiſſa cum medio, addatur extremitati alterius præmiſſæ in concluſione, & ponatur hæc extremitas in eodem caſu cum medio, vt cuiuslibet hominis equs currit, Petrus eſt homo: ergo Petri equs currit, quia ly equs additum erat medio in maiori, & debet addi, in concluſione minori extremitati, ſcilicet Petro in genitiuo, vt erat medium in maiori.

CAPVT VI.
De defectibus quibus Syllogiſmi inficiantur.

Toledo & Fonſeca tractant in libello de fallatiis omnibus cū Ariſtotele, ſed nos de illis ſuo loco agemus in Logica, interim tamen vſui Sūmuliſtarum deſeruiētes, breuiter cum Mercado & Soto aduertendo primo, quòd defectus paralogiſmi alij ſunt intrinſeci, illi ſcilicet, qui accidunt ratione medij, alij verò ſunt extrinſeci, vt qui accidunt ex parte extremitatum, qui quidem extrinſeci dicuntur: quia licet tales præmiſſæ ſint inhabiles ad inferendam propriam concluſionem, poſſunt tamen aliquam aliā recte colligere, etiam intrinſeci alij dicuntur, quia præmiſſæ, quibus defectus medij accidit, nō ſolum ſunt inhabiles ad inferendam propriam concluſionem, ſed etiam aliam quamcunque.

Defect. ſyllogiſmi duplex.

Pri-

1. Defectus. Primus defectus eſt, quãdo medium in præmiſsis ſumitur æquiuocè, & extremitas in præmiſsis & concluſione. quare vitioſus eſt hic ſyllogiſmus, omnis gallus (pro homine gallo) eſt homo, omne brutum (pro aliquo alio) eſt gallus: ergo omnis homo eſt brutum, nihil ſequitur, quia mediũ ſtat æquiuoce. defectu primi non ſequitur, omne animal eſt canis (pro latrabili) piſcis eſt animal: ergo piſcis eſt canis, ſi ly canis ſummitur pro piſce. bene tamen ſequitur alia: ergo piſcis eſt canis, ſi canis ſummitur pro latrabili, vt in maiori, & ſecundo, admittentes ſuppoſitionem materialem, idem defectus committitur in hoc ſyllogiſmo, omnis mus eſt animal, mus eſt ſyllaba: ergo ſyllaba eſt animal. præter hoc dico quod iſte ſyllogiſmus fit in quatuor terminis, nam medium in minori eſt hęc vox mus, ſecundus eſt mus pro animali in maiori: tertius eſt ly animal: & quartus eſt ly ſyllaba.

2. Defectus. Secundus defectus eſt, quando medium non diſtribuitur complete in aliqua præmiſſarum, vel quando eſt quid complexum, & vna pars diſtribuitur in vna præmiſſa, & altera nõ diſtribuitur in alia, quare non ſequitur, omne animal fuit in arca Noë (incompletè) Adam fuit animal: ergo fuit in arca Noë: & idem defectus accidit huic diſcurſui, omnis eſſentia diuina eſt Pater, Filius eſt eſſentia diuina: ergo Filius eſt Pater, quia ly eſſentia diuina non diſtribuitur in maiori pro omnibus illis, quibus conuenit, ſcilicet Patri & Filio & Spiritui ſancto.

Tertius defectus, quo inficiatur paralogiſmus, eſt quando male argumentamur in ampliatione, & aliis proprietatibus Dialecticæ, & ſimiliter quãdo argumentamur à nõ diſtributo ad diſtributum, quare nõ ſequitur, quod ego ſum, tu nõ eſt, ſed ego ſum homo: ergo tu non eſt homo, quia homo diſtribuitur in concluſione ratione negationis, qui in antecedẽtu non erat diſtributum. 3. Defectus.

Quartus defectus, quando medium vbi non diſtribuitur, ſtat, pro aliquo pro quo nõ ſtat vbi diſtribuitur, ideſt quando medium in negatiua non ſtat pro aliquo, pro quo ſtat in affirmatiua. Exemplum primi, omnis homo eſt rationalis, ſpecies eſt homo: ergo ſpecies eſt rationalis, in quo ly homo in minori, vbi nõ diſtribuitur ſtat ſolũ, pro natura humana in communi, pro qua non ſtat ſolum in maiori, vbi diſtribuitur. Exem- 4. Defectus.

plum ſecundi, nullus homo eſt albus, omnis equs poſſibiliter eſt albus: ergo, &c. vbi ly albus in affirmatiua ſtat pro omni albo poſſibili, at vero in negatiua ſtat pro omni albo, vnde defectus ſequitur.

Aliqui dicunt & addunt primũ defectũ paralogiſmi, quãdo ſcilicet arguitur à confuſa ad determinatam ſuppoſitionem. Sed iſte nullus eſt defectus, niſi quando ſignum confundens ponitur in conſequenti, quòd tantum contingit in propoſitionibus barbaris, verbi cauſa, in hac, Petrus & Paulus eſt homo: ergo homo eſt Petrus & Paulus, ſi ly, &, ſumatur diuiſiuè in priori & non in conſequenti ſtat determinatè, cum ponatur à parte prædicati: quare rectè ſequitur in Darij à confuſa ad determinatam ſic, omnis homo currit: aliquod animal eſt homo: ergo aliquod animal currit, ly currit, in antecedenti confunditur, & tantũ in concluſione determinatur.

Alium defectum, quem ponit Soto & Mercado de acceptione vnica & pluribus, iam rejectus eſt à nobis dum de contradictoriis ageremus, & quartum defectum in ordine quem Soto ponit, quia procedit admiſſa barbarie literarũ, omittimus. Sed dubitatur, quis de- *Dubium* fectus committitur in hoc ſyllogiſmo nullus Sol eſt animal, omnis mus eſt à Sole: ergo nullus mus eſt animal? Reſpondetur quod defectus eſt, quod ly à Sole non ſtat pro eodem, pro quo ſtat mediũ in maiori. *Reſpondetur.* Sed dices ly à Sole in affirmatiua ſupponit pro Sole, & ſimiliter ſupponit in negatiua: ergo pro eodem ſupponit. *Dices.* Reſpõdetur, quòd iſte defectus ſic communiter ſolet explicari, quod extremum in affirmatiua quantũcumq; ei aliquid addatur debet ſtare pro eodem, pro quo ſupponit in negatiua, & quia extremũ huius affirmatiuæ eſt ens à Sole, quod idẽ eſt, quod mus, hinc fit quod non ſupponit pro eodem pro quo ſupponit Sol in maiori, & conſequenter ſit paralogiſmus defectus. *Reſpondetur.*

CAPVT VII.

De modis pertinẽtibus & impertinẽtibus in quauis figura.

QVi modi ſint pertinentes, & qui impertinẽtes, & qui concludunt directè, & è cõtra, & qui fiant in prima figura explicandum eſt.

Nota quod ſyllogiſm⁹ duplex eſt alius eſt communis, id eſt cõſtans, medio communi, de quo hacte- *Nota. 1. Syllogiſmus duplex.*

hactenus tractatũ eſt, alius eſt Expoſitorius, ideſt, qui cõſtat medio ſingulari; verbi gratia, Petrus eſt albus, Petrus eſt homo: ergo homo eſt albus; ſed de hoc infra.

Nota. 2. Mod° diuerſimode cõcludit.

Nota ſecũdo, quòd modi, qui fiũt in ſyllogiſmo de medio cõmuni, alij concludũt directè, illi ſcilicet in quibus minor extremitas de maiori dicitur in concluſione. v.g. Omnis homo currit, Petrus eſt homo: ergo homo currit, alij concludũt indirectè, illi ſcilicet, in quibus è cõtra minor extremitas de maiori dicitur in cõcluſione. v.g. Omnis homo currit: omne riſibile eſt homo: ergo aliquod currẽs eſt riſibile, alij etiam modi ſunt inutiles, quia nullã concluſionẽ colligunt, alij vero ſunt vtiles, qui propriã concluſionem rectè colligũt. Optimè autem probat Lemoſ. 1. de erratis Dialecticorũ ca. 11. omnes modos vtiles, ſiue directè, ſiue indirectè concludẽtes, inuẽtos fuiſſe ab Ariſt. & non ab Eudemio, ſeu Theophraſtro, vt aliqui ineptè putant.

1. Regula pro prima figura.

1. Deinde ſunt duæ regulæ pro conficiendis ſyllogiſmis in prima figura. Prima eſt maiori exiſtenti particulari in prima figura, nihil ſequitur directè. Ratio eſt, quia medium nullibi diſtribuitur, ſi minor ſit affirmatiua: ſi vero negatiua ex parte maioris extremitatis, argumẽtamur à non diſtributo ad diſtributũ.

2. Secunda regula eſt in prima figura, minori exiſtente negatiua nihil ſequitur directè, quia ex parte maioris extremitatis argumentamur à non diſtributo ad diſtributum.

Qui modi fiunt in prima figura.

His poſitis in prima figura fiũt nouem modi, qui his verſiculis continentur.

Barbara, Celarẽt, Darij, Ferio,
Baraplipton, Cellantes, Dabitis, Fapeſmo, Frileſomorũ

Quorũ quatuor primi directè concludunt, ad quos tam quam que reſidui huius figuræ, quam quatuor ſecundæ, & ſex tertiæ reducuntur ſicut infra patebit.

Nota. 1.

Pro quo nota primo, quòd iſtæ quatuor literæ vocales, a, e, i, o, quæ repeñiũtur in iſtis dictionibus, denotãt quantitatẽ, & qualitatẽ propoſitionũ in arte Syllogiſtica, A enim dicit vniuerſalẽ affirmatiuam, E, vniuerſalẽ negatiuam, I, particularem affirmatiuam, O, particularem negatiuam.

Nota. 2.

2. Secundò nota, quòd quælibet dictio harũ, denotat vnũ modum ſyllogiſmi, & prima vocalis cuiuſcumque dictionis, denotat qualis & quanta debet eſſe maior propoſitio, & ſecunda vocalis denotat qualis & quanta debet eſſe minor &

& tertia, denotat quanta & qualis debet eſſe cõcluſio talis modi. Si quæ autem ſunt aliæ vocales in iſtis dictionibus, pręter tres primas, ſolũ deſeruiũt, ad complectionem carminis, verbi cauſa, Barbara, denotat ſyllogiſmum cuius maior eſt vniuerſalis affirmatiua, & minor etiá vniuerſalis affirmatiua, concluſio vero in qua eſt, vniuerſalis affirmatiua directe concludẽs, vt, Omnis homo eſt animal, omne riſibile eſt homo, ergo omne reſibile eſt animal. Cellarẽ, denotat ſyllogiſmũ, in quo maior eſt vniuerſalis negatiua, & minor vniuerſalis affirmatiua, & concluſio etiam vniuerſalis negatiua, directe concludens, verbi cauſa, Nullus homo eſt lapis, omne riſibile eſt homo: ergo nullum riſibile eſt lapis. Darij, denotat ſyllogiſmum, in quo maior eſt vniuerſalis affirmatiua, & minor eſt particularis affirmatiua, & cõcluſio particularis affirmatiua directę cõcludẽs, vt, Omnis homo eſt animal, aliquod riſibile eſt homo: ergo aliquod riſibile eſt animal. Ferio. denotat ſyllogiſmum, in quo maior eſt vniuerſalis negatiua, & minor particularis affirmatiua, concluſio particularis negatiua directe concludens, vt, nullus homo eſt lapis, aliquod riſibile eſt homo: ergo aliquod riſibile non eſt lapis. Baralipton. denotat ſyllogiſmum, in quo maior eſt vniuerſalis affirmatiua, & minor vniuerſalis affirmatiua, & concluſio particularis affirmatiua indirecte cõcludens, verbi cauſa, Omnis homo eſt animal, omnẽ riſibile eſt homo: ergo aliquod animal eſt riſibile. Cellantes. denotat ſyllogiſmũ in quo maior eſt vniuerſalis negatiua, & minor vniuerſalis affirmatiua, & concluſio vniuerſalis negatiua indirecte concludẽs, verbi cauſa, Nullus homo eſt lapis, omne riſibile eſt homo: ergo nullus lapis eſt riſibilis. Dabitis. denotat ſyllogiſmum in quo maior eſt vniuerſalis affirmatiua, & minor particularis affirmatiua, & concluſio particularis affirmatiua indirecte concludens, verbi cauſa, omnis homo eſt animal, aliquod riſibile eſt homo: ergo aliquod animal eſt riſibile. Fapeſmo. denotat ſyllogiſmum, in quo maior eſt vniuerſalis affirmatiua, & minor vniuerſalis negatiua, & concluſio particularis negatiua indirecte concludẽs, verbi cauſa, Omnis homo eſt animal, nullus lapis eſt homo: ergo aliquod animal non eſt lapis. Friſeſomorum. denotat, ſyllogiſmum in quo maior eſt particularis affirmatiua, &

minor eſt vniuerſalis negatiua, & concluſio eſt particularis negatiua indirecte concludẽs, verbi cauſa, Aliquis homo eſt animal, nullus lapis eſt homo: ergo aliquod animal non eſt lapis.

CAPVT VIII.

De ſecunda figura in particulari & eius modis.

1 Regula pro ſecũda figura

QVid ſit ſecũda figura ſuprà dixi, nũc tamen nota tres regulas pro illa, prima vtraque premiſſa exiſtente affirmatiua, nihil ſequitur. Ratio, quia medium cùm in vtraque prædicatum ſit, manet in diſtributum.

2. Regula.

Secũda, concluſio debet eſſe negatiua ſemper: ratio, quia altera præmiſſarum ex prima regula debet eſſe negatiua, & ſic concluſio debet eſſe negatiua.

3. Regula

Tertia regula maiori exiſtenti particulari nihil ſequitur, quia ex parte maioris extremitatis argumentamur à non diſtributo ad diſtributum in concluſione.

Quid ſint modi ſecundæ figuræ.

Iam ergo quatuor ſunt modi directe concludentes in ſecunda figura, ſcilicet Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco.

Ceſare denotat ſyllogiſmum, in quo maior eſt vniuerſalis negatiua, & minor vniuerſalis affirmatiua, & concluſio vniuerſalis negatiua directe concludens, verbi cauſa, Nullus lapis eſt homo, omne riſibile eſt homo: ergo nullum riſibile eſt lapis.

Cameſtres, denotat ſyllogiſmum, in quo maior eſt vniuerſalis affirmatiua, minor vniuerſalis negatiua, & concluſio vniuerſalis negatiua, & concluditur directe, verbi cauſa, Omne riſibile eſt homo, nullus lapis eſt homo: ergo nullus lapis eſt riſibilis.

Feſtino, denotat ſyllogiſmũ, in quo maior eſt vniuerſalis negatiua, & minor particularis affirmatiua, & concluſio particularis negatiua, & concludũt directe, verbi cauſa, Nullus lapis eſt homo, aliquod riſibile eſt homo: ergo aliquod riſibile non eſt lapis.

Baroco, denotat ſyllogiſmũ, in quo maior eſt vniuerſalis affirmatiua, & minor particularis negatiua, & directe concluditur, verbi cauſa, Omne riſibile eſt homo, aliquis lapis non eſt homo: ergo aliquis homo non eſt riſibilis.

CAPVT IX.

De tertia figura in particulari & eius modis.

1. Regula pro tertia figura

QVid ſit nunc dixi, tamẽ nota duas regulas. Prima eſt in tertia figura minore exiſtentè negatiua nihil ſequitur. Ratio eſt, quia ex parte maioris extremitatis argumentamur à nõ diſtributo ad diſtributum; patet nam tunc debet eſſe maior affirmans, & tunc maior extremitas eſt in diſtributa, quæ in concluſione cum negatiua debeat eſſe, diſtribuitur profecto.

2. Regul.

Secunda, in tertia figura non debet colligi concluſio vniuerſalis, alioquin ex parte maioris extremitatis argumentaremur à non diſtributo ad diſtributum, nam cum minor debeat eſſe affirmans, minor extremitas ibi non diſtribuitur, quod ſi cõcluſio eſt vniuerſalis apertè ibi diſtribuitur: iam ergo ſex modi ſunt in hac figura vtiles directè cõcludentes, ſcilicet, Darapti, Felaptõ, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon.

Darapti, denotat ſyllogiſmũ in quo maior eſt vniuerſalis affirmatiua, minor vniuerſalis affirmatiua, & cõcluditur directe particularis affirmatiua, vt Omnis homo eſt rationalis, omnis homo eſt riſibilis: ergo aliquod riſibile eſt rationale.

Felaptõ, denotat ſyllogiſmũ, in quo maior eſt vniuerſalis negatiua, minor vniuerſalis affirmatiua, & cõcluſio directa particularis negatiua. v. g. Nullus homo eſt lapis, omnis homo eſt riſibilis: ergo aliquod riſibile non eſt lapis.

Diſamis, denotat ſyllogiſmũ in quo maior eſt particularis affirmatiua, minor vniuerſalis affirmatiua, & concluſio directa particularis affirmatiua. v. c. Aliquis homo eſt rationalis: omnis homo eſt riſibilis: ergo aliquod riſibile eſt rationale.

Datiſi, denotat ſyllogiſmum in quo maior eſt vniuerſalis affirmatiua, minor particularis affirmatiua, & concluſio directa particularis affirmatiua, verbi cauſa, Omnis homo eſt rationalis; aliquis homo eſt riſibilis: ergo aliquod riſibile eſt rationale.

Bocardo, denotat ſyllogiſmum, in quo maior eſt particularis negatiua, minor vniuerſalis affirmatiua, & concluſio directa particularis negatiua, v. c. Aliquis homo nõ eſt lapis; omnis homo eſt rationalis: ergo aliquod rationale nõ eſt lapis.

Feriſon, denotat ſyllogiſmũ in quo maior eſt vniuerſalis negatiua, & minor particularis

affir-

affirmatiua, & concluditur directè particularis negatiua, verbi cauſa, nullus homo eſt lapis, aliquis homo eſt riſibilis: ergo aliquod riſibile non eſt lapis.

Illatio ex dictis.

Ex quibus colligo, quod in prima figura concluditur omne genus propoſitionis, nam in Barbara vniuerſalis affirmans colligitur, in Celarem vniuerſalis negans, in Darij particularis affirmans & in Ferio particularis negans. At in ſecunda figura ſolum vniuerſalis negans & particularis. At in tertia ſolum particularis negans & affirmans colligitur.

CAPVT X.

De poteſtatibus Syllogiſmorum in quauis figura.

QValiter imperfecti modi ad perfectos reducantur placet & eorum poteſtates aperire, quod maxime conducit ad iſtam materiam intelligendam. Pro quo nota quod quatuor primi modi primę figurę, perfecti dicuntur, eo quod bonitas illationis illorum, ibidem eſt, & perſpicua, ita vt nulla indigeant probatione, vnde ab Alexand. Scoto. & aliis per ſe nöti, & indemonſtrabiles dicũtur, eo quod vis naturaliũ principiorũ in eis maxime vigeat, ſcilicet quidquid vniuerſaliter affirmatur de aliquo, affirmatur etiã de omni contento ſub illo: & ſimiliter quidquid vniuerſaliter negatur de aliquo, negatur etiam de omni contento ſub illo. Primum principium eſt, Dici de omni, in quo fundãtur Barbara & Darij: ſecundum principiũ vocatur, Dici de nullo, in quo fundantur Celarem, & Ferio: & ad hos quatuor modos perfectiſſimos, cæteri omnes tam primæ, quam ſecundæ & tertiæ figuræ reducuntur, qui quidem imperfecti ſunt: quia licet directè concludant, ad hoc tamen vt bonitas conſequentiæ pateat, neceſſe eſt, vt aliqua præmiſſarum eorũ conuertatur, id eſt tranſmutetur, quod ſi Ariſtot. Celarem, & Ferio reduxit ad Barbara & Darij hoc non fecit, quia imperfecti eſſent, ſed vt ſui intellectus acrimoniam oſtenderet, vt infra patebit.

Nota fundamenta modorũ primæ figuræ.

Hoc poſito, prima poteſtas ineſt ſyllogiſmis, plura colligendi, nam colligendo vniuerſalem propoſitionem, colliguntur particulares & ſingulares ſub ea contentæ, verbi cauſa, ſyllogiſmus, qui colligit hanc vniuerſalem, omnis homo eſt albus, etiam colligit aliquis homo eſt albus, & Petrus eſt albus.

1. Poteſtas ſyllogiſmi.

Secun-

2. Poteſtas. Secunda poteſtas ineſt ſyllogiſmo, colligendi verum ex falſo, quod ex ſupradictis ſatis patet, verbi cauſa, omnis homo eſt lapis, omnis ſubſtãtia eſt homo: ergo omnis lapis eſt ſubſtantia.

3. Poteſtas. Tertia poteſtas eſt ſyllogiſmo, colligendi circulariter, ſic quod ex concluſione, & ex vna præmiſſarum in ſe ipſam conuerſa, altera pręmiſſa inferatur, quod quidem ſolum cõtingit, in terminis cõuertibilibus, verbi cauſa, in Barbara, omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis, tunc ſic, omnis homo eſt riſibilis, omne animal rationale eſt homo: ergo omne animal rationale eſt riſibile, quæ erat maior præcedentis.

4. Poteſtas. Quarta poteſtas eſt ſyllogiſmis, ſyllogizãdi cõuerſiuè, ideſt qñãdo poſito aliquo ſyllogiſmo, ex oppoſito concluſionis, & altera pręmiſſarum, infertur contradictorium alterius præmiſſæ, ſed quia hac ratione imperfecti modi ad perfectos reducuntur infra dicetur.

Vlt poteſtas. Vltima poteſtas ineſt ſyllogiſmo, ſyllogizandi per impoſſibile, quando ex contradictorio alterius præmiſſæ veræ, cũ altera præmiſſa euidẽter vera, infertur alia propriè euidenter falſa, verbi cauſa, ſi quis neget hanc propoſitionem, brutum eſſe ſenſibile, ſic contra eum argumentamur, ratione dicta, omne animal eſt ſenſibile, nullũ brutum eſt ſenſibile: ergo nullum brutum eſt animal, concluſio eſt euidenter falſa: ergo aliqua præmiſſarum, non maior, quia eſt euidẽter vera: ergo minor. Sed hæc eſt cõtradictoria alterius negatę, ſcilicet brutum eſt ſenſibile, ergo duas cõtradictorias ſimul falſas.

Nota pro explicatione dictorum. Nota quod 4. & 5. poteſtas differunt, nam quinta poteſtas, per impoſſibile argumentatur, ſolum ex contradictorio alicuius negatæ propoſitionis, quare non ſupponit ſyllogiſmũ factum: quarta vero poteſtas argumentatur ex oppoſito cõcluſionis, & altera præmiſſa vnde ſupponit ſyllogiſmum factum, ad probandam bonitatem illationis alicu⁹ imperfecti modi, fit ſic: ex oppoſito cõcluſionis, & maiori infertur contradictoriũ minoris, & è cõtra cũ minori infertur contradictorium maioris, verbi cauſa, in Ceſare, nullus homo eſt lapis, omne ens eſt lapis, recte colligitur: ergo nullum ens eſt homo, oppoſitum huius cõcluſionis eſt, omne ens eſt homo, & cũ minori, quę eſt omne ens eſt lapis, recte colligitur: ergo lapis eſt homo,

mo, quod eſt contradictorium maioris, ſcilicet, quod eſt nullus homo, eſt lapis: tunc ſic ex oppoſito cōſequentis infertur oppoſitum antecedentis: ergo conſequentia eſt legitima, & eadem ratione in aliis modis ſyllogizandum, ſed de hoc infra latius.

Alias duas inter eaſdem poteſtates ponunt Lobanienſ. lib. 2 Prior. cap. 5. & Niphus eodem 2. libr. ex Ariſt. & Phylopono, dicitur autem hæc poteſtas cōuerſiua, quia ex oppoſito alicuius præmiſſæ, conuertimus nos ad ipſam deſtruendam.

Conuerſio triplex.

Triplex autem eſt cōuerſio, alia fit in terminis, vt eſt riſibile: ergo eſt homo, & è contra, vt diximus cap. 10. primi Summularum: alia eſt conuerſio in propoſitione, de qua late 3. lib. egimus, eſt alia conuerſio ſyllogiſmi, quæ iam explicata eſt, de quo videte Niphum in ſuis ludubris.

CAPVT XI.

De reductione imperfectorum ad perfectos oſtenſiue, vt aiunt.

IAm explicanda eſt ratio, qua imperfecti modi tam oſtenſiuè, quam per impoſſibile ad perfectos reducūtur, licet enim ex his, quæ dicta ſunt euidēter patet, imperfectos modos legitimas eſſe conſequentias, & in nulla materia poſſe dari antecedens verum, & conſequens falſum: quia tamen intellectus adhuc non quieſcit, donec omnes materias percurrat ſingulis modis (quòd quidem difficillimū eſſet) ideo alia ratione probandum eſt qualiter verum ſit, imperfectos modos legitimas eſſe conſequentias, cuius quidem triplicem probationem aſſignat Fonſeca. lib. 6. ſcilicet oſtenſiuè, & per impoſſibile eos reducendo ad perfectos, atque etiam expoſitorio ſyllogiſmo de quo infra quia tamen in re nō eſt multum neceſſaria, impertinens eſt multas probationes comentari, ideo ſolum explicabo conuerſionem oſtēſiuam & per impoſſibile, tertium qui voluerit in eo videat.

Quid ſit reductio oſtenſiua.

Iam ergo conuerſiua ſeu oſtenſiua reductio eſt, quando imperfectus modus mutatione aliqua, ſeu conuerſione alicuius præmiſſæ, ad perfectum reducitur.

Nota quomodo fiat cōuerſio oſtēſiua.

Pro quo intelligendo nota, quòd omnes modi imperfecti, id eſt omnes dictiones imperfectorum modorum, incipiunt ab aliqua litera, qua etiam incipiunt quatuor primi perfecti: quod

mariua, quod quidem optimè probat.Fonſ vbi ſupra,& alias rationes huius traddit,quas videte in eo.

CAPVT XII.

De reductione imperfectorum ad perfectos per impoſsible,vt aiunt.

DIxi quid ſit conuerſio oſtēſiua,quæ & conuerſiua vocatur,eo quod conuerſione alicuius præmiſſæ,vt explicatum eſt,imperfectus modus ad perfectum reducitur, & ſimiliter oſtenſiua dicitur,quia euidēter oſtendit bonitatem conſequentiæ modi imperfecti.

Quid ſit reductio per impoſſibile Iam nunc explicandum eſt, quid ſit reductio per impoſſibile,qua probatur etiam bonitas illationis,ideſt, qua negans tenetur concedere duas contradictorias,vel contrarias ſimul veras, verbi cauſa, qui antecedens concedit,& negat concluſionem, eo quod non percipit rectè ex antecedenti inferri, cōtra eum ſic argumentamur: ergo eius contradictorium eſt verum, & cum eo & altera præmiſſarum infero contradictorium alterius præmiſſæ cōceſſæ exempla infra.

Nota pro explicatione dictorum. Pro huius intelligentia notate primo, quod pro modis imperfectis iam primæ, quàm ſecundæ & tertiæ figuræ reducendis per impoſſibile ad perfectos,ſunt quædam dictiones ſcilicet.

Neſciebatis, Odebam, Letare,Romanos.

In quibus hoc totum latet artificium,pro quo.

Nota.2. Nota ſecundo, quòd prima dictio deſeruit modis imperfectis primæ figuræ, & ſecunda deſeruit modis ſecundæ,tertia & quarta deſeruiunt modis tertiæ figuræ, præterea in his dictionibus ſunt quatuor literæ vocales a. e. i. o. & prima in qualibet dictione deſeruit primo modo imperfecto illius figuræ cui correſpondet talis dictio.

Nota.3. Tandem aduerte, quòd ille modus imperfectus (cuiuslibet figuræ ſit) per impoſſibile debet reduci ad illū modū perfectum,qui habet pro concluſione propoſitionem qualem & quantam, denotatur per vocalem in dictione ſibi ipſi correſpondentē, verbi cauſa, Baraliptom,debet reduci ad Celarē, quia,habet concluſionē vniuerſalē negatiuam,quæ denotatur per vocalē E. correſpondentē ipſū in prima dictione, ſcilicet, Neſciebatis, quòd de aliis etiā dicimus,qualiter hoc fiat his groſsis carminibus explicatur.

Seruat

Seruat maiorem, variátq; ſecunda minorem,
Tertia minorem variat, ſeruatq; minorem.

Quod idẽ eſt, quod modus imperfectus ſecundæ figuræ per impoſſibile ſic debet reduci ad perfectum ſibi correſpondentem, vt ſeruata maiori imperfecti, ex oppoſito concluſionis fiat minor in modo perfecto, vnde colligatur concluſio contradictoria alterius præmiſſæ conceſſæ, quam tenetur neceſſariò concedere, quia colligitur in modo perfecto, verbi cauſa, ſi quis neget hunc ſyllogiſmum in Ceſare, hanc concluſionem rectè inferre; Nullus homo eſt lapis, omnis ſubſtantia eſt lapis: ergo nulla ſubſtantia eſt homo, contra eum argumentabor, ſic reducendo per impoſſibile ad Ferio, qui eſt modus correſpondens Ceſare: ergo eius contradictorium eſt verum, quod eſt, aliqua ſubſtãtia eſt homo, quàm à ſummo pro minori ſimul cum maiori imperfecti conceſſa, & ſic colligo in Ferio, Nullus homo eſt lapis, aliqua ſubſtantia eſt homo: ergo aliqua ſubſtantia nõ eſt lapis, tunc ſic, hæc concluſio eſt neceſſaria, & eſt contradictorium minoris cõceſſæ, ſcilicet omnis ſubſtantia eſt lapis: ergo vel imperfectus rectè colligebat, vel duas contradictorias ſimul veras concedis.

Quomodo modi tertiæ figuræ reducãtur ad perfectos.

Deinde modi tertiæ figuræ ad perfectos per impoſſibile reducuntur, ſeruata minori imperfecti ſyllogiſmi, & ex oppoſito concluſionis facta maiori, in modo perfecto ſibi correſpondente, infero pro concluſione oppoſitum maioris imperfecti ſyllogiſmi iam conceſſæ, verbi cauſa, Feriſom ad Darij, ſic reducitur, Nullus homo eſt lapis, aliquis homo eſt riſibilis: ergo aliquod riſibile nõ eſt lapis, oppoſitum huius eſt omne riſibile eſt lapis quod à ſummo pro maiori in Darij, & pono minorẽ Feriſom, quæ eſt, aliquis homo eſt riſibilis, & colligo perfectè, aliquis homo eſt lapis, quæ nõ poteſt negari: quia eſt cõcluſio ſyllogiſmi perfectiſſimi, & eſt contradictoria maioris de Feriſon cõceſſæ, ſcilicet, Nullus homo eſt lapis: ergo vel concedis duas contradictorias ſimul veras, vel imperfectum modum rectè cõcludere.

Quomodo primæ figuræ.

Tandem pari ratione, modi imperfecti primæ figuræ indirectè concludentes, vt ſupra habitum eſt, ad perfectos per impoſſibile reducuntur, ponendo oppoſitum cõcluſionis pro maiori imperfecto, & maior imper-

imperfecti debet fieri minor in perfecto, & inferre pro conclusione oppoſitum minoris: imperfecti ſyllogiſmi, præter Celantes, de quo infra, verbi cauſa, Baralipton, omnis homo eſt albus, omne riſibile eſt homo: ergo aliquod album eſt riſibile, ad Celarem, qui eſt modus perfectus ſibi correſpondens, ſic reduco, ponendo pro maiori oppoſitum concluſionis, quòd eſt nullum album eſt riſibile, & pro minori pono maiorem Baralipton, ſcilicet, Omnis homo eſt albus, & infero: ergo nullus homo eſt riſibilis, quã debes concedere, quia eſt concluſio perfectiſſimi ſyllogiſmi, & etiam eſt contraria minoris Baralipton à te conceſſæ, ſcilicet, omne riſibile eſt homo ergo vel duas contrarias ſimul veras concedis, vel Baralipton rectè concludere. Eadẽ ratio habenda eſt de Dabitis, & Fapeſmo, & Frieſomorum: Celantes verò, vt reducatur per impoſſibile ad Darij, qui eſt modus ſibi correſpondens, oppoſitum concluſionis debet fieri minor, & minor, debet fieri maior, verbi cauſa, in Celantes ſic conficio, Nullus homo eſt lapis, omne riſibile eſt homo: ergo nullus lapis eſt riſibilis, quem ſic reduco ad Darij, pono pro maiori minorem Celantes, ſcilicet, omne riſibile eſt homo, & pro maiori oppoſitum concluſionis Celantes, quod eſt aliquis lapis eſt riſibilis: ergo aliquis lapis eſt homo, quã debes concedere, quia eſt concluſio perfectiſſimi ſyllogiſmi, & eſt contradictoria maioris cõceſſæ Celantes, ſcilicet, nullus homo eſt lapis, & conſequenter vel das duas contradictorias ſimul veras, vel ſyllogiſmus rectè colligebat.

Nota primo contra aliquos authores, quod quando dicitur, quod ad reductionem per impoſſibile debet ſummi oppoſitum concluſionis, non debet ſummi contrarium concluſionis, ſed potius contradictoriũ: alias enim nullum eſſet argumentum, nam non ſequitur, concluſio eſt falſa: ergo eius cõtrarium eſt verum, quia poteſt etiam eſſe falſum, bene tamen ſequitur concluſio eſt falſa: ergo eius contradictorium eſt verum. Nota. 1. pro cõuenient.

Nota ſecũdo cum Toledo, quod quando dicimus, quod ex oppoſito concluſionis, etiã infertur contradictorium alterius præmiſſæ conceſſæ, non ſic debet intelligi, vt ſemper præciſſæ contradictorium inferatur, aliquando enim, vt patet in Baralipton, infertur contrariũ, aliquãdo vt ſupra in Celantes Nota. 2.

tes infertur conuertens contradictorij: quia tamen ſemper cõuertentes contradictoriè inferuntur, ideo communiter dicitur, quod infertur contradictorium alterius præmiſſæ.

Nota.3. Nota tertio, ex Fonſe. lib. 6. cap. 27. & 29. reductionẽ oſtẽſiuam propriè eſſe reductionẽ, eo quod ex pręmiſſis eiſdẽ imperfecti ſyllogiſmi, in ſyllogiſmo perfecto colligitur eadem concluſio, quæ colligebatur in in perfecto, quare reductio per impoſſibile propriè non eſt reductio, quia nõ ex eiſdem met præmiſſis imperfecti ſyllogiſmi eadem concluſio colligitur in perfecto, quæ colligebatur in imperfecto, imo diuerſa & contradictoria: dicitur autẽ reductio, quia eſt ſufficiens probatio, qua imperfectos ſyllogiſmos bonas eſſe conſequentias probatur.

Nota vl. Vltimo ſciendum, quòd Ariſtot. 1. Priorum. capit. 7. reducit Darij, ponendo pro minori oppoſitum cõcluſionis ad Ceſare, & tandem Cameſtres & Ceſare ad Celarem conuerſiuè reducitur, & conſequenter omnes modi ad Barbara & Celarẽ reducit, hoc tamẽ nõ fecit, quia Darij & Ferio ſunt imperfecti modi; ſed vt oſtenderet acrimoniam ſui intellectus, vt ſupra dixi.

CAPVT XIIII.

De via inueniondi mediũ ad quamcunq; propoſitionem ſyllogiſticè inferendam.

DIxi quid ſyllogiſmus ſit, tã ad materiam quàm ad formam, ſuaſque proprietates explicui & affectiones, qualiter etiam defectibus inficiantur, imperfectiq; qualiter ad perfectos reducantur aperui, iam tãdem explicanda eſt ratio, qua debet inueniri medium, ad inferendam, quamcunq; propoſitionem, de quo Ariſt. 1. Priorum S. Tho. Opuſc. 58. Fonſe. lib. 6. cap. vltimo, cæteri hic cũ Soto. ad quam rem aperiendã communiter ponunt multas dictiones & regulas magnæ obſcuritatis, quæ magis intellectũ obtundunt, quam vtilitatẽ afferant: propter quod eas omnes miſſas facio. lib. 1. cap. 2. & ſit regula generalis & infalibilis: poſita quacunq; propoſitione, ſiue vniuerſalis affirmatiua, ſiue è cõtra, ſiue particularis negans, ſiue è contra, videndũ eſt quid ſit cauſa veritatis illius, ſeu falſitatis, & illam debemus aſſumere pro medio ad ipſam inferendam, verbi cauſa, vellim colligere hanc propoſitionem omne vitium eſt fugiendum, Regula generalis ad inueniendum medium.

à ſummo pro medio hanc propoſitionem, offenſa Dei eſt fugiēda, quę eſt cauſa alteri⁹ propoſitionis: vnde ſic colligo, omnis offenſa Dei eſt fugiēda, vitium eſt offenſa Dei: ergo omne vitium eſt fugiendum: reliquas alias dictiones & regulas vt figmenta omitto, nam vt doctè hic aduertit Mercado, ſi quæ alię de arte inueniendi medium dicuntur. Poſt prædicamentis in Logica nō nihil proſunt, in Summulis verò nihil Villalpand. autem qui hāc rem minus male peragit.

CAPVT XIIII.

De ſyllogiſmo in obliquo modali & exponibili.

Quid ſit ſyllogiſmus in obliquo.

SYllogiſmus in obliquo eſt, cuius aliqua præmiſſa conſtat termino obliquo, pro quo Fōſe. ponit quatuor regulas ſecurius tamen & cōſultius, eſt cū Ariſt. 1. Prior. c. 37. reducendo propoſitionē cōſtantem, obliquo ſeruato ſenſu ad ipſammet ex rectis cōſtantem, & tūc videbitur clarius an rectè colligat nec ne? v.c. hæc propoſitio cōtrariorum eadē eſt diſciplina, ad hanc reducitur, contraria cadunt ſub eadem diſciplina, ſimiliter ſi quis colligat cuilibet homini ineſt intellectus, cuilibet homini ineſt ſenſus: ergo intellectus ineſt ſenſui, ſic debet reduci, quilibet homo habet intellectū, quilibet homo habet ſenſum: ergo quilibet habens intellectū habet ſenſum, quod quidem facile eſt ſimiliter in aliis conficere.

Nota pro ſyllogiſmo obliquo.

Aduerte tamen, quod in iſtis & ſimilibus obliquis ſyllogiſmis, ſeruentur omnes conditiones datę, de ſyllogiſmo in communi, & ſimiliter videātur defectus à nobis ſupra poſiti.

Quid ſit ſyllogiſmus modalis.

Syllogiſmus modalis eſt, cuius aliqua pręmiſſa modalis exiſtit, verbi cauſa, omnis homo poſſibiliter eſt albus, omne riſibile poſſibiliter eſt homo: ergo, &c. de quo multæ regulæ ponuntur, melius tamen cū Soto obſeruate ea omnia, quæ in aliis ſimplicibus ſyllogiſmis ſeruantur.

Nota pro ſyllogiſmo modali.

Sed aduerte, quòd ſolum loquor de modali diuiſa, nam de cōpoſita, ſupra dictū eſt, nā cū eius dictum immobiliter ſupponat, ſub ea non poteſt ſyllogizari, & conſequenter nec ipſa ſyllogiſmum intrare.

Quid ſit ſyllogiſmus exponibilis.

Syllogiſmus exponibilis eſt, cuius altera præmiſſarum, vel concluſio eſt propoſitio exponibilis, quid autem ſit exponibilis, propoſitio ſupradictū eſt, pro quo duas ſubiicio regulas diligenter obſeruandas.

1. Regula pro ſyllogiſmo ex ponibili.

Prima ſi præmiſſæ ſint exponi-

ponibiles diſiunctiuè, concluſio debet ſequi ex vtraque parte præmiſſarum, alioqui daretur antecedens verum & conſequens falſum. Ratio, quia cum ad veritatem diſiunctiuæ, vna pars ſufficiat quod ſit vera, antecedens ex hac parte verū erit: & ſi concluſio ex alia parte falſa ſolū ſequatur, falſa ipſa erit: ſin autem præmiſſæ dictæ fuerint exponibiles copulatiuæ, concluſio ſolum requiritur & ſufficit, quod ex altera parte ſequatur. Ratio, quia copulatiua ad ſui falſitatem, ſolū requirit vnā partē, totam ipſam falſificantē, & è cōtra ſi ſit vera, vnde ſi concluſio ſolū ex altera parte ſequatur, recte ſequitur, nec dabitur antecedens verum & conſequens falſum.

2. Regu. Secūda regula, ſi cōcluſio ſit exponibilis copulatiuè, vtraq; pars inferenda eſt ex antecedēti, ſi autē diſiunctiuè ſit exponibilis, ſatis eſt vnam tantum partem inferri ex antecedēti: quia nō dabitur antecedens verum & conſequens falſum, cum diſiūctiua ſit vera, hoc ſolo quod habeat vnam partem veram: nam exponibiles iſtæ (vt tetigi agens de contradictoriis negatiuis, & cap de diſiūctiua) quādo exponuntur diſiunctiuę, eſt in ſenſu aduerbij ſaltem, quia ſat eſt ad earum veritatē, quod vna pars ſit vera, licet altera etiā vera ſit.

Tunc aduerte ad ſyllogiſmos exponibiles intelligēdos, congruū eſſe, exponibiles pręmiſſas ad exponentes reducere quęcunq; illæ fuerint, & ſic patebit bonitas ſyllogiſmi, vel eius falſitas, & hoc valde curandum. Nota pro dictis ſyllogiſmis

CAPVT XV.
De Syllogiſmo Expoſitorio.

SYllogiſmus expoſitori⁹ eſt, cuius medium eſt terminus ſingularis determinatus, vel ex demonſtratione, vel ex ſuppoſitione, exempla patēt. 1. lib terminorū, dicūturq; iſti ſyllogiſmi demonſtrationes ſenſibiles: quia ad ſenſum ſunt per ſe noti, & ſimiliter expoſitorij dicuntur, quia vniuerſalem & confuſam propoſitionem exponūt, verbi cauſa, Petrus eſt albus, Petrus eſt homo: ergo homo eſt albus, fiuntq; potiſſimè in tertia figura, quia magis conuenit termino ſingulari eſſe ſubiectum, quam prædicatum, conſtat autem, quod in tertia figura medium eſt ſubiectū: varios huius ſyllogiſmi modos, variaſq; rationes & cauſas, varias regulas & conditiones perſequi-

quitur Fonſ.lib.5. c.22. & 24.

Nota.1. pro ſyllogiſmo expoſitorio. Pro quo aduerte primo, quod quamquam omnes ſyllogiſmi, innitãtur huic principio (ſi ſunt affirmatiui) quæcunq; ſunt eadem cũ aliquo, ſunt idẽ inter ſe, nã ex cõnexione extremitatum cum medio, infertur propoſitio affirmatiua, in qua extremitates vniuntur inter ſe, quod latius patet cum ſuo exẽplo cap.1. huius libri, & ſyllogiſmi negatiui initantur huic principio, ſi duo ita ſe habent vt vnum ſit idem cum aliquo tertio aliud vero nõ ita, illa duo non ſunt idem inter ſe: nam ex affirmatione vnius extremitatis cum medio, & negatione alterius infertur concluſio negatiua, in qua vna extremitas negatur de alia, quamquam igitur hæc duo principia communia ſunt ſyllogiſmis, præſertim tribuuntur ſyllogiſmo expoſitorio, quia tertiũ illud ſcilicet terminus, qui eſt medium, videtur magis vnum, cum ſit terminus ſingularis, in aliis vero communis.

Nota.2. ad idem. Notandum ſecundo, quod ea omnia quæ dicuntur de diſtributione, vel de vniuerſalitate medij, tam in modis ſyllogiſticis, quàm in ſecundo defectu ſupra poſito, non dici pro ſyllogiſmo expoſitorio, quia cum mediũ ſit terminus ſingularis, non poteſt diſtribui vniuoce ſumptũ, vt etiam aduerte bam cap. de termino ſingulari & communi; vnde hic eſt bonus ſyllogiſmus in Darapti, vel Datiſis, vel Diſamis, Petrus eſt albus, Petrus eſt homo: ergo homo eſt albus, licet medium non diſtribuatur, nec ſit aliqua præmiſſa vniuerſalis.

Tertio nota, quod vniuerſaliter in omni ſyllogiſmo, cõcluſio, minoris virtutis eſt, quàm ipſæ præmiſſæ: vnde ex Ariſto. ſupra docuimus, quia ſemper ſequitur debiliorẽ partem, modo expoſito, nam propter vnũ quodq; tale & illud magis, vt docet Ariſt. hoc lib. ſed concluſio, ſiue vera, ſiue falſa, ſiue affirmans, ſiue negans, ſiue vniuerſalis, ſiue particularis ſit, &c. hoc habet propter præmiſſas: ergo multo magis præmiſſæ erunt veræ, vel falſæ, vniuerſales, ſiue particulares, &c. cum enim præmiſſæ cauſa ſint concluſionis, cauſa autẽ potior eſt, & nobilior ſuo effectu (eſt autẽ in præmiſſis, ſicuti effectus in ſua cauſa, & ſicuti calor in igne) & ideo eſt impoſſibile quod pręmiſſis exiſtẽtibus particularibus pure, cõcluſio ſit vniuerſalis, & quod pręmiſſę ſingulares, & concluſio particularis particulariter ſumpta. Nota 3.

Iam ergo cum in ſyllogiſmo

expoſitorio, colligo Petrus eſt albus, Petrus eſt aliquis homo: ergo aliquis homo eſt albus, ly aliquis homo idē eſt quod Petrus, & non ſe extendit ad plura, itaq; idem valet, quod ſingulare determinatum. Vnde non licet colligere è contra, aliquis homo eſt albus: ergo Petrus eſt albus determinatè, ſed ſolū diſiunctim, vt ſupra explicatū eſt, de inductione, ſed de hoc Deo dante in poſterioribus.

Vltimo nota pro terminis diuinis.

Vltimo aduertēdum eſt pro terminis diuinis, terminum ſingularem vocari in prǽſenti, qui vnam rem ſignificat, quæ non eſt plures res, nec idem cum re, quæ eſt tres res, vnde non ſequitur, Pater eſt hæc eſſentia diuina, Filius eſt hæc eſſentia diuina: ergo Filius eſt Pater, neque etiā ſequitur, hic Pater eſt hæc eſſentia diuina, Filius nō eſt Pater: ergo Filius non eſt eſſentia diuina: quia hæc eſſentia, eſt vna res, ſed idem cum tribus rebus, & ita nō omni modo vna, & Pater eſt idem cum eſſentia diuina, quæ licet ſit vna res eſt idem cum tribus rebus. Similiter non valet omnis eſſentia diuina eſt Pater, Filius eſt eſſentia diuina: ergo Filius eſt Pater: quia vt hæc eſſentia diuina nō omnimodo ſingulariizatur, ratione dicta, ita non omnino diſtribuitur, licet dicas omnis eſſentia diuina, ſed dicendo omnis res, quæ eſt eſſentia diuina eſt Pater, & tunc hæc eſt falſa, ſed de hoc in Theologia.

Quid ſyllogiſmus hypotetic°.

Deinde agendum eſt de ſyllogiſmo hypotetico, eſt autem ſyllogiſmus hypoteticus, qui conſtat propoſitione hypotetica, vt ſi Sol lucet dies eſt, ſed Sol lucet: ergo dies eſt, de quo caſſe Ariſt. probat Lemoſius lib. 1. cap. 19. eſt autem triplex, conditionalis copulatiuus, & diſiunctiuus, exempla patent.

Quamquā autem, vtraq; prǽmiſſa poſſit eſſe hypotetica; quia raro id contingit & ſtatim apparet ex dictis, & dicēdis vtrū ſint boni tantum tradimus modos quoſdā arguēdi, quādo maior eſt hypotetica Plura, qui cupit, videat Boët. tract. de Syllogiſ. hypotetico. Auerr. 1. Prior. S. Tho. Opuſc. 48. argument. qualiter autē tā in conditionali, quā in copulatiua & diſiunctiuo ſit, optima argumētatio, & bona cōſequentia, abūde explicui cap. de cōditionali copulatiua & diſiunctiua videte illa.

Cap. XVI, & vltimum.

De alijs tribus argumentationis ſpeciebus, Enthimemate, ſcilicet, Exemplo & Inductione.

Egi iā de Syllogiſmo ſecundū omnes ſuas partes, reſtat expli-

Quod ſit Enthimema. explicare, vt diſputatio noſtra recta ſit, quid ſit enthimema, exemplum & inductio, Enthimema ſecundũ Ariſt. eſt mutilus ſyllogiſmus, licet aliquãdo vocetur ſyllogiſmus oratoriũ, quia ea vtuntur Rethores, mutilus autem dicitur, quia deeſt illi vera præmiſſa, quę ſubiiciatur, vnde Bohetius ait Enthimema eſt oratio, in qua non omnibus pręmiſſis poſitis, infertur feſtinata cõcluſio, vt virtus eſt bona: ergo virtus eſt laudabilis, in qua enthimemate tacetur hæc maior, omne bonum eſt laudabile, ſolet autem patere, quæ præmiſſa ſubiiciatur, vt in exẽplo poſito. Alia multa de enthimemate ſatis erudite Fonſe. lib. 6. 33. & 36. docet etiam integrum ſyllogiſmum vocari ab Ariſt. enthimema, ſed non eſt hæc vſitata acceptio.

Quid exemplũ. Exemplum eſt oratio in qua vnum, aut paucis ſimilibus exẽplis aliquid probatur, verbi cauſa, deſidio Senenſes & Piſani Reipub, adminiſtrationem amiſſerunt: ergo Burgenſes ſi deſidiant, amittent adminiſtrationem.

Exemplum autem aliquãdo procedit, vel eſt aliquid verè geſtum, vt in exẽplo adducto, aliquando eſt ficta ſimilitudo, vt non ſibi conſulerent Rectores, qui nauis gubernatorẽ Sortem deligerent: ergo nõ ſibi cõſuleret Reſpublica, quę gubernatorem Sortẽ ſibi deligit: aliquando eſt ficta fabula, vel Apologus, quibus plenus eſt Hyſopus, & Alciatus, quibus aliquid (quod ipſi morale vocant) ſuadere contendunt, & hi tres modi exemplorum docentur, ab Ariſtot. locis citatis, & Fonſec. cap. 35.

Quid inductio. Quid ſit inductio, dixi ſupra, eſſe à ſingularibus ad commune progreſſionem, Ariſt. 2. Methap. cap. 4. eam tribuit Sokrati vt primo authori, nunc dico nomine ſingularium, intelligi ab Ariſt. & omnibus, minus cõmunia, hæc enim eſt inductio, omnis homo currit, omnis equs currit: ergo omne animal currit, vt ſupra docui capit. de inductione: differt ab exẽplo, quia vt probabim⁹ petit numerari omnia ſingularia, ſaltẽ in cõfuſo, dicẽdo, & ſic de aliis: Exẽplum autem vnum, vel pauca numerat, exemploq; frequentius Rethores, inductione vero Dialectici vtuntur: & ideo Ariſtot. exemplum vocat inductionem Rethorum, quia vt eſt pars inductionis Dialecticę eſt, proprium.

De inductione tria præcipua videnda ſunt primum an opus ſit addere inductioni & ſic de ſingulis.

Secundum, vtrum inductio, quæ eſt aſcenſus, & vtrum deſſus ſint conſequentię formales?

Tertium, vtrum exemplum, inductio & enthimema reducatur ad ſyllogiſmum?

Dubiũ. 1 de inductione. De primo dubio, Soto & alij negant cum Mercado addẽdam eſſe conſtantiam, eſt autẽ conſtantia (vt ſupra dictum eſt) propoſitio, in qua dicitur idem eſſe de aliis omnibus, ſed bene Lemoſius de erratis Dialecticorum cap. 21. probat ex verbis Ariſt. Galleni & Platonis omnia ſingularia numeranda, vel addendum, & ſic de ſingulis, quod eſt conſtantia, in hoc enim inductio differt ab exemplo, quod numerat omnia ſingularia, exemplum autẽ non ita, quod ſi quis neget ita eſſe, & cõtingere in aliis indiuiduis, docet Ariſtot. 8. Topico. cap. 2, petendam eſſe inſtantiã, ideſt exceptionem, vel in quo deficiat propoſitio illa ſingularis, & ſic de aliis, quod ſi eã non dederit Ariſtot. ait valere firmũ argumentum. Patet tamen cõcluſio, quia ſi vnum tãtum ſingulare non numeratur in antecedẽti, cum ex eo inferatur propoſitio vniuerſalis, dabitur antecedens verum & conſequens falſum, defectu illius ſingularis, quod non eſt numeratum, in antecedenti, loquimur autẽ de aſcenſu copulatiuo, nam ad diſiunctiuum vna vel duo ſingularia ſufficiunt, nec moror in rationibus pro concluſione noſtra, licet autem noſtra ratio dicta, videatur ſupponere inductionem eſſe formalem conſequentiam, quia id dubio ſequẽti prouabo, & cõcluſio eſt Ariſtote. Galleni & Plato. vt dixi, ideo nec Neotericos cito præter Lemoſium, qui eos refert & antiquos.

Dubitatur ſecundo, an inductio, vel deſcenſus ſit formalis conſequentia? Soto & alij negant, quia ſi ponatur cõſtantia antecedens tam ignotum eſt, quam cõſequens: Mercado autem ait inductionẽ eſſe ad probandas proprietates rerum & eſſentias, quia tunc aliquibus ſingularibus numeratis fit efficax argumẽtum, vt hæc nix eſt alba, & ita de aliis: ergo omnis nix eſt alba. Nos tamen cap. de inductione diſtinctione vſi ſumus, quæ licet multo probabiliter poſſit ſuſtineri nihilominus nó caret probabilitate, quod ſi addatur dicta conſtantia, erit conſequentia formalis, quia in nulla materia datur antecedens verum & conſequens falſum, & quia principia multarum ſcientiarum inductione probantur ſecundum Ariſtot. vt dicetur in poſterioribus: Dubiũ. 2.

ribus: ſi autem inductio nõ eſſet cõſequentia formalis, nulla eſſet probatio. Hãc concluſionem tenent Fonſe. & alij quos non refero, quia euidẽter colligitur ex tribus Philoſophis citatis, ſi enim addatur conſtantia negari non poteſt eſſe conſequentiam formalem. Quod autẽ habet difficultatem eſt, vtrũ ſit modus rationabilis argumẽtandi, quia videtur probare ignotum per æque ignotum.

Dub. ad idem.

Dico. 1. Dico tamen primo de inductione iuxta naturam conſideratam non eſſe dubium, quia cum petat numerari omnia ſingularia clarius patet veritas in ſingularibus, quàm in vniuerſali: quia tamen nos ſæpe numerare non poſſumus, vel pręmoleſtia nolumus, adimus dictam conſtantiam, ad huc ita clarius eſt antecedens, in quo ſaltem aliqua ſingularia numeramus, quàm conſequens, in quo nullum numeramus.

D.ctũ.2. Dico ſecundo, licet inductio ſit formalis conſequentia, vt ſupra dixi, & prætereà colligatur ex Ariſt. alio in loco Prior. vbi ait argumentationẽ, quæ eſt inductio in literis, vt demõſtret habere vim ratione formæ, & illationis non ratione materiæ, vt vult Merca. de quo Lemoſ. vbi ſupra, negandũ tamen non eſt tantũ inferri conſequẽs probabiliter notũm: quia tamẽ antecedens ſummitur tãtum probabile, ſenſus eius eſt, hęc ſingularia numerata hoc habent, & probabile eſt idẽ eſſe de aliis: vnde tantum probabile manet cõſequens, ſcilicet: ergo omnia ſingularia hoc habent: illationem autem & conſequentiam neceſſariam eſſe, certo tenendum eſt, ratione ſupradicta, ſcilicet, quia eſt formalis.

Vnde per hoc ſoluitur argumentum illud pro noſtra ſentẽtia poſſitum cap. de inductione, quod intendit probare inductionem tantum eſſe probabilem conſequentiam, quia Ariſt. de ea agit in libris Topicorum, illud enim argumentũ procedit de materia inductionis, ſecundum quam rationem agit de illa Ariſt. in lib. Topic. non autem procedit de forma, ſecundum quam eſt neceſſaria conſequentia, & ſecundũ hanc rationem de ea agit Ariſtot. in lib. Prior. & aliis locis. De deſcenſu autem maior eſt difficultas, quia ſingularia, quæ videntur clariora nobis, ſunt in cõſequentia, & ita cum antecedens apparet obſcurius, videtur deſcenſum eſſe in congruum modum arguendi & ſciendi.

Soluitur argumẽtum diffiicile.

Aliud dubium.

Dictũ.1. Et primo certum eſt eſſe cõſequentiam formalem (licet de aſcenſu poſſit aliquis dubitare)

quia eſt euidens illatio ab vniuerſali ad ſingularia.

Contra argum. Sed dices non ſequitur omnis homo currit: ergo hic homo currit ſignato Adamo, conſequens eſt falſum & antecedēs verum: ergo eſt mala conſequentia. Reſpondetur. Reſpondetur deſcenſum eſſe ab vniuerſali ad ſua ſingularia, & hæc propoſitio omnis homo currit cū ſit accidētalis tantum ſingularia præſentia numeranda ſunt, & inferenda, pro quibus tātum ſupponit in vniuerſali: quod vrget eſt argumentum poſitum ad probandum non eſſe congruum momodum ſciendi.

Nota pro ſolutione. Pro quo nota illud eſſe rationabile modum ſciendi & argumentandi: qui eſt via rationabilis ad cognoſcendum aliquid.

2. Nota. Secundo nota in his, quæ ſunt medium ad aliquid, corū bonitatem conſiderari in proportione ad finem: vt medicina eſt bona licet ſit amara ſi ſit cauſa ſalutis.

3. Nota. Tertio nota deſcenſum eſſe cōſequentiam inuentam ad manifeſtandum falſitatem vniuerſalis, & ita quamuis inferat ſingularia, non tamen vt in eis ſiſtat intellectus, ſed vt ſtatim viſa falſitate propoſitionis ſingularis, regrediatur, & videat vniuerſalem eſſe falſam.

Illatio ex dictis. Ex quo infertur, deſcenſum eſſe rationabilem modum ſciēdi & arguendi, quia licet ab obſcuriori tendat ad clarius, id eſt rationi cōforme, quia id fit vt intellectus accepta & viſa falſitate in propoſitione ſingulari, quæ clarior eſt, videat falſitatem vniuerſalis, quæ eſt obſcurior: vnde patet ad argumentum non eſſe id vitium in deſcenſu, quia deſcenſus eſt eſſentialiter medium, vt intellectus viſo ſingulari, quod clarius eſt, videat falſitatem vniuerſalis, quod obſcurius eſt: eſſet autem vitium ſi ſolus deſcenſus deberet manifeſtare vniuerſalis falſitatem, quia veniret ab obſcuro ad clarū, vt intellectus cognoſcat per ſyllogiſmum obſcuriorem propoſitionem, hunc formans ſyllogiſmum cui deſcenſus dedit maiorem propoſitionem, ſcilicet omnis homo currit: ergo Petrus & Paulus currit, ſed cōſequens eſt falſum: ergo & antecedens. Reſpondetur vltimū argumentum.

Nota pro deſcēſu. Sed aduertendū eſt per deſcē ſum colligi veritatem propoſitionis hoc modo, cum intellectus deſcēdens ad ſingularia videat nullū eſſe falſum, videbit per conſequentiā vniuerſalem eſſe verā, ſimiliter per aſcēſum ſi reperit aliquas ſingulares falſas, aſcendendo videbit etiam vniuerſales falſas. Ratio eſt, quia

quia antecedés, vel potius propoſitio, in qua numerantur omnia ſingularia, vel additur, & ſic de ſingulis, & tunc propoſitio vniuerſalis æquiuallet illis omnibus ſingularibus numeratis virtute, & tunc valet bene vna eſt falſa, vel vera: ergo & alia, vocãtur autem argumentationes, quia nõ ſunt formaliter eadẽ cathegoremata Petrus & Paulus, &c. & homo diſtributus licet virtute æquipollent; quemadmodũ à definitione ad definitum dicitur argumẽtum, quia non ſunt formaliter idem licet ſint virtute.

Q'ueneſ. & e.t dubiũ ſpendix. Reſpondetur.

Rogabis tamen quare peculiariter dicitur aſcẽſum eſſe probatiuum veritatis, & deſcẽſum falſitatis? Reſpondetur id eſſe, quia ex vi conſequentiæ in cõmuni valet antecedens eſt verum: ergo, & conſequens non, tamen è contra: antecedens eſt falſum: ergo & conſequens, nec conſequens eſt verum: ergo antecedens: bene tamen conſequens eſt falſum: ergo antecedens: & in aſcenſu, vniuerſalis eſt conſequens, & antecedens ſingularis; & ita cum antecedés ſit ſingulare, bene probatur per ſingularis veritatẽ, veritas vniuerſalis quod eſt conſequens: in deſcenſu vero vniuerſale eſt antecedés, & ita eius falſitas tantum, non autem veritas probari poteſt, ex vi conſequentiæ, vt conſequentia eſt ratione falſitatis ſingularium, non autem ex ſingularium veritate; quia cum ſint in conſequenti, ex eorum veritate, nihil poteſt concludi veritatis in antecedenti.

Reſpondetur ad rationẽ dubitãdi

Iam ergo ad argumentũ in forma reſpondetur; in deſcenſu nõ probari per vniuerſale ignotum, ſingulare clarum quod eſſet vitium, ſed ab ignoto vniuerſali deſcendit ad ſingulare clarius, vt ex claro, intellectus probet falſitatem obſcuri vniuerſalis, formãdo dictum ſyllogiſmum ſupra, ſcilicet, ſi omnis homo currit, Petrus & Paulus currit, ſed conſequens eſt falſum: ergo & antecedens.

Vlt. dub.

Vltima difficultas petit vt explicemus, qua ratione iſtæ argumẽtationes ad ſyllogiſmos reducantur, ſecundum communem ſententiam: & quidem

Quomodo Enthimema ad ſyllogiſmum reducatur.

Enthimema ad ſyllogiſmum reducitur, explicando propoſitionem illam, quæ ſubticetur, verbi cauſa, hoc enthimema Petrus eſt homo: ergo Petrus eſt rationalis, ſic reducitur omnis homo eſt animal rationale, Petrus eſt homo, ergo Petrus eſt rationalis.

Quomodo exemplum ad ſyllogiſmum reducatur.

Exemplum vero ad ſyllogiſmum reducitur, ponendo pro maiori propoſitionem illam, in qua

in qua ſimilitudo conſiſtit, & proportio nectitur, loquorque de exemplo probatiuo non de illo exemplo, in quo doctrina vniuerſalis explicatur: vt explicabam cap. de modo ſciendi, verbi cauſa, in hoc exemplo, quia Petrus occidit ciuē occiſus eſt: ergo ſi tu occidis ciuem morte punieris, ſic reducitur, vbi eſt eadem culpa eadem etiam eſt pena, ſed in Petro, qui occidit ciuē eſt pena mortis: ergo etiā in Ioanne erit pena mortis ſi ciuem occiderit.

Reducitur inductio ad ſyllogiſmum.

Similiter ad ſyllogiſmum inductio reducitur à Petro Bruxelis. 2. Prior. q. 1. ar. 4. ſummēdo diſiunctim complexiuè omnia ſingularia numerata in antecedenti, & ea ponendo pro medio in ſyllogiſmo, verbi cauſa, hæc inductio, hic ignis calefacit, & hic ignis calefacit, & ſic de ſingulis: ergo, &c. ſic reducitur, omne quod eſt ignis hic, & hic ignis, & ſic de ſingulis calefacit, ſed omnis ignis eſt hic vel hic, & ſic de ſingulis: ergo omnis ignis calefacit. Deſcenſus vero ad ſyllogiſmum reducitur, vt ſupra explicatum eſt, ponendo ipſum pro maiori conditionali in ſyllogiſmo, verbi cauſa, omnis homo currit: ergo hic & hic homo currit, &c. ſic, ſi omnis homo currit, hic homo, & hic homo currit, ſed conſequens eſt falſum: ergo, & antecedens.

Deſcenſus reducitur.

Quid inſtantia ſit.

Tandem aduerte, quod cōmuniter dicitur quod ponitur ab Ariſt. alius modus arguēdi, ſcilicet inſtantia, quando ſcilicet probamus aliquam vniuerſalem falſam demonſtrando aliquam ſingularem falſam, vel quando probamus aliquā conſequentiam non eſſe formalem, dando in aliqua materia antecedens verum & conſequens falſum, vel probādo aliquod à ſimili, ſed hæc ratio arguendi eadem eſt cum exēplo, vel inductione, vt ex ſe patet: & hæc de ſyllogiſmis dicta ſint ſatis. Iam ad argumenta ſuper primam partem terminorum accedamus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

INDEX CAPIT.

quæ in hoc libro continentur.

Pars I. Summæ Summularum.

PRæfatio de inſcriptione operis, eiuſque inuentoribus. Fol. 1
Caput I. De termino in communi. 4
Caput II. De termino vocali, mentali & ſcripto. 7
Caput III. De termino Cathegorematico & Sincathegorematico. 9
Caput IIII. De termino communi & ſingulari. 10
Caput V. De termino collectiuo & diuiſiuo. 11
Caput VI. De termino abſoluto & de nominatiuo. 12
Caput VII. De termino complexo & incomplexo. 14
Caput VIII. De termino primæ & ſecundæ impoſitionis. 15
Cap. IX. De vniuocis & æquiuocis. 16
Caput vltimum. De terminis in plurali ſimul ſumptis, & inter ſe comparatis. 17

Pars II. Summæ Summularum.

CAput I. De intentione procedendi. 19
Caput II. De nomine. ibid.
Caput III. De verbo. 22
Caput IIII. De oratione. 29
Cap. V. De propoſitione. 30
Caput VI. De quantitate propoſitionis ſpeciatim. 34
Caput VII. De qualitate propoſitionis. 35
Caput VIII. De ſuppoſitione in communi. 37
Caput IX. De ſuppoſitionis partitione. 38
Caput X. De ſuppoſitione relatiuorum. 42
Cap. XI. De ampliatione. ibi.
Caput XII. De reſtrictione, & aliis in particulari. 46
Caput XIII. De appellatione. 48
Caput XIIII. De modo ſciendi in communi. 50
Caput XV. De definitione. 53
Caput XVI. De diuiſione. 57
Caput XVII. De argumentatione. 59

2. Poteſtas. Secunda poteſtas ineſt ſyllogiſmo, colligendi verum ex falſo, quod ex ſupradictis ſatis patet, verbi cauſa, omnis homo eſt lapis, omnis ſubſtãtia eſt homo: ergo omnis lapis eſt ſubſtantia.

3. Poteſtas. Tertia poteſtas eſt ſyllogiſmo, colligendi circulariter, ſic quod ex concluſione, & ex vna præmiſſarum in ſe ipſam conuerſa, altera præmiſſa inferatur, quod quidem ſolum cõtingit, in terminis cõuertibilibus, verbi cauſa, in Barbara, omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis, tunc ſic, omnis homo eſt riſibilis, omne animal rationale eſt homo: ergo omne animal rationale eſt riſibile, quæ erat maior præcedentis.

4. Poteſtas. Quarta poteſtas eſt ſyllogiſmis, ſyllogizãdi cõuerſiuè; ideſt quãdo poſito aliquo ſyllogiſmo, ex oppoſito concluſionis, & altera præmiſſarum, infertur contradictorium alterius præmiſſæ, ſed quia hac ratione imperfecti modi ad perfectos reducuntur infra dicetur.

Vlt poteſtas. Vltima poteſtas ineſt ſyllogiſmo, ſyllogizandi per impoſſibile, quando ex contradictorio alterius præmiſſæ veræ, cũ altera præmiſſa euidẽter vera, infertur alia propriè euidenter falſa, verbi cauſa, ſi quis neget hanc propoſitionem, brutum eſſe ſenſibile, ſic contra eum argumentamur, ratione dicta, omne animal eſt ſenſibile, nullũ brutum eſt ſenſibile: ergo nullum brutum eſt animal, concluſio eſt euidenter falſa: ergo aliqua præmiſſarum, non maior, quia eſt euidẽter vera: ergo minor. Sed hæc eſt cõtradictoria alterius negatæ, ſcilicet brutum eſt ſenſibile, ergo duas cõtradictorias ſimul falſas.

Nota pro explicatione dictorum. Nota quod 4. & 5. poteſtas differunt, nam quinta poteſtas, per impoſſibile argumentatur, ſolum ex contradictorio alicuius negatæ propoſitionis, quare non ſupponit ſyllogiſmũ factum: quarta vero poteſtas argumentatur ex oppoſito cõcluſionis, & altera præmiſſa vnde ſupponit ſyllogiſmum factum, ad probandam bonitatem illationis alicu[9] imperfecti modi, fit ſic: ex oppoſito cõcluſionis, & maiori infertur contradictoriũ minoris, & è cõtra cũ minori infertur contradictorium maioris, verbi cauſa, in Ceſare, nullus homo eſt lapis, omne ens eſt lapis, recte colligitur: ergo nullum ens eſt homo, oppoſitum huius cõcluſionis eſt, omne ens eſt homo, & cũ minori, quæ eſt omne ens eſt lapis, recte colligitur: ergo lapis eſt homo,

mo, quod eſt contradictorium maioris, ſcilicet, quod eſt nullus homo, eſt lapis: tunc ſic ex oppoſito cõſequentis infertur oppoſitum antecedentis: ergo conſequentia eſt legitima, & eadem ratione in aliis modis ſyllogizandum, ſed de hoc infra latius.

Alias duas inter eaſdem poteſtates ponunt Sobamenſ. lib. 2 Prior. cap. 5. & Niphus eodem 2. libr. ex Ariſt. & Phylopono, dicitur autem hæc poteſtas cõuerſiua, quia ex oppoſito alicuius præmiſſæ, conuertimus nos ad ipſam deſtruendam.

Conuerſio triplex.

Triplex autem eſt cõuerſio, alia fit in terminis, vt eſt riſibile: ergo eſt homo, & è contra, vt diximus cap. 10. primi Summularum: alia eſt conuerſio in propoſitione, de qua late. 3. lib. egimus, eſt alia conuerſio ſyllogiſmi, quæ iam explicata eſt, de quo videte Niphum in ſuis ludubris.

CAPVT XI.

De reductione imperfectorum ad perfectòs oſtenſiue, vt aiunt.

IAm explicanda eſt ratio, qua imperfecti modi tam oſtenſiuè, quam per impoſſibile ad perfectos reducũtur, licet enim ex his, quæ dicta ſunt euidẽter patet, imperfectos modos legitimas eſſe conſequentias, & in nulla materia poſſe dari antecedens verum, & conſequens falſum: quia tamen intellectus adhuc non quieſcit, donec omnes materias percurrat ſingulis modis (quòd quidem difficillimũ eſſet) ideo alia ratione probandum eſt qualiter verum ſit, imperfectos modos legitimas eſſe conſequentias, cuius quidem triplicem probationem aſſignat Fonſeca. lib. 6. ſcilicet oſtenſiuè, & per impoſſibile eos reducendo ad perfectos, atque etiam expoſitorio ſyllogiſmo de quo infra quia tamen in re nõ eſt multum neceſſaria, impertinens eſt multas probationes comentari, ideo ſolum explicabo conuerſionem oſtẽſiuam & per impoſſibile, tertium qui voluerit in eo videat.

Quid ſit reductio oſtẽſiua.

Iam ergo conuerſiua ſeu oſtenſiua reductio eſt, quando imperfectus modus mutatione aliqua, ſeu conuerſione alicuius præmiſſæ, ad perfectum reducitur.

Nota quomodo fiat cõuerſio oſtẽſiua.

Pro quo intelligendo nota, quòd omnes modi imperfecti, id eſt omnes dictiones imperfectorum modorum, incipiunt ab aliqua litera, qua etiam incipiunt quatuor primi perfecti: quod

mariua, quod quidem optimè probat. Fonſ vbi ſupra, & alias rationes huius tradidit, quas videte in eo.

CAPVT XII.

De reductione imperfectorum ad perfectos per impoſsible, vt aiunt.

DIxi quid ſit conuerſio oſtēſiua, quæ & conuerſiua vocatur, eo quod conuerſione alicuius præmiſſæ, vt explicatum eſt, imperfectus modus ad perfectum reducitur, & ſimiliter oſtenſiua dicitur, quia euidēter oſtendit bonitatem conſequentiæ modi imperfecti.

Quid ſit reductio per impoſſibile

Iam nunc explicandum eſt, quid ſit reductio per impoſſibile, qua probatur etiam bonitas illationis, ideſt, qua negans tenetur concedere duas contradictorias, vel contrarias ſimul veras, verbi cauſa, qui antecedens concedit, & negat concluſionem, eo quod non percipit rectè ex antecedenti inferri, cōtra eum ſic argumentamur: ergo eius contradictorium eſt verum, & cum eo & altera præmiſſarum infero contradictorium alterius præmiſſæ cōceſſæ exempla infra.

Nota pro explicatione dictorum.

Pro huius intelligentia notate primo, quod pro modis imperfectis iam primæ, quàm ſecundæ & tertiæ figuræ reducendis per impoſſibile ad perfectos, ſunt quædam dictiones ſcilicet.

Neſciebatis, Odebam, Letare, Romanos.

In quibus hoc totum latet artificium, pro quo.

Nota ſecundo, quòd prima dictio deſeruit modis imperfectis primæ figuræ, & ſecunda deſeruit modis ſecundæ, tertia & quarta deſeruiunt modis tertiæ figuræ, præterea in his dictionibus ſunt quatuor litere vocales a. e. i. o. & prima in qualibet dictione deſeruit primo modo imperfecto illius figuræ cui correſpondet talis dictio. Nota. 2.

Tandem aduerte, quòd ille modus imperfectus (cuiuſlibet figuræ ſit) per impoſſibile debet reduci ad illū modū perfectum, qui habet pro concluſione propoſitionem qualem & quantam, denotatur per vocalem in dictione ſibi ipſi correſpondentē, verbi cauſa, Baraliptom, debet reduci ad Celarē, quia, habet concluſionē vniuerſalē negatiuam, quæ denotatur per vocalē E. correſpondentē ipſi in prima dictione, ſcilicet, Neſciebatis, quòd de aliis etiā dicimus, qualiter hoc fiat his groſis carminibus explicatur. Nota. 3.

Seruat

Seruat maiorem, variatq; ſecunda minorem,
Tertia minorem variat, ſeruatq; minorem.

Quod idē eſt, quod modus imperfectus ſecundæ figuræ per impoſſibile ſic debet reduci ad perfectum ſibi correſpondentem, vt ſeruata maiori imperfecti, ex oppoſito concluſionis fiat minor in modo perfecto, vnde colligatur concluſio contradictoria alterius præmiſſæ conceſſæ, quam tenetur neceſſariò concedere, quia colligitur in modo perfecto, verbi cauſa, ſi quis neget hunc ſyllogiſmum in Ceſare, hanc concluſionem rectè inferre, Nullus homo eſt lapis, omnis ſubſtantia eſt lapis: ergo nulla ſubſtantia eſt homo, contra eum argumentabor, ſic reducendo per impoſſibile ad Ferio, qui eſt modus correſpondens Ceſare: ergo eius contradictorium eſt verum, quod eſt, aliqua ſubſtā tia eſt homo, quàm à ſummo pro minori ſimul cum maiori imperfecti conceſſa, & ſic colligo in Ferio, Nullus homo eſt lapis, aliqua ſubſtantia eſt homo: ergo aliqua ſubſtantia nō eſt lapis, tunc ſic, hæc concluſio eſt neceſſaria, & eſt contradictorium minoris cōceſſæ, ſcilicet omnis ſubſtantia eſt lapis: ergo vel imperfectus rectè colligebat, vel duas contradictorias ſimul veras concedis.

Deinde modi tertiæ figuræ ad perfectos per impoſſibile reducuntur, ſeruata minori imperfecti ſyllogiſmi, & ex oppoſito concluſionis facta maiori, in modo perfecto ſibi correſpondente, infero pro concluſione oppoſitum maioris imperfecti ſyllogiſmi iam conceſſæ, verbi cauſa, Feriſom ad Darij, ſic reducitur, Nullus homo eſt lapis, aliquis homo eſt riſibilis: ergo aliquod riſibile nō eſt lapis, oppoſitum huius eſt omne riſibile eſt lapis quod à ſummo pro maiori in Darij, & pono minorē Feriſom, quæ eſt, aliquis homo eſt riſibilis, & colligo perfectè, aliquis homo eſt lapis, quæ nō poteſt negari: quia eſt cōcluſio ſyllogiſmi perfectiſſimi, & eſt contradictoria maioris de Feriſon cōceſæ, ſcilicet, Nullus homo eſt lapis: ergo vel concedis duas contradictorias ſimul veras, vel imperfectum modum rectè cōcludere. *Quomodo modi tertiæ figuræ reducātur ad perfectos.*

Tandem pari ratione, modi imperfecti primæ figuræ indirectè concludentes, vt ſupra habitum eſt, ad perfectos per impoſſibile reducuntur, ponendo oppoſitum cōcluſionis pro maiori imperfecto, & maior imper- *Quomodo primæ figuræ.*

imperfecti debet fieri minor in perfecto, & inferre pro concluſione oppoſitum minoris: imperfecti ſyllogiſmi, præter Celantes, de quo infra, verbi cauſa, Baralipton, omnis homo eſt albus, omne riſibile eſt homo: ergo aliquod album eſt riſibile, ad Celarem, qui eſt modus perfectus ſibi correſpondens, ſic reduco, ponendo pro maiori oppoſitum concluſionis, quòd eſt nullum album eſt riſibile, & pro minori pono maiorem Baralipton, ſcilicet, Omnis homo eſt albus, & infero: ergo nullus homo eſt riſibilis, quã debes concedere, quia eſt concluſio perfectiſſimi ſyllogiſmi, & etiam eſt contraria minoris Baralipton à te conceſſæ, ſcilicet, omne riſibile eſt homo ergo vel duas contrarias ſimul veras concedis, vel Baralipton recte concludere. Eadẽ ratio habenda eſt de Dabitis, & Fapeſmo, & Frieſomorum: Celantes verò, vt reducatur per impoſſibile ad Darij, qui eſt modus ſibi correſpondens, oppoſitum concluſionis debet fieri minor, & minor, debet fieri maior, verbi cauſa, in Celantes ſic conficio, Nullus homo eſt lapis, omne riſibile eſt homo: ergo nullus lapis eſt riſibilis, quem ſic reduco ad Darij, pono pro maiori minorem Celantes, ſcilicet, omne riſibile eſt homo, & pro maiori oppoſitum concluſionis Celantes, quod eſt aliquis lapis eſt riſibilis: ergo aliquis lapis eſt homo, quã debes concedere, quia eſt concluſio perfectiſſimi ſyllogiſmi, & eſt contradictoria maioris cõceſſæ Celantes, ſcilicet, nullus homo eſt lapis, & conſequenter vel das duas contradictorias ſimul veras, vel ſyllogiſmus recte colligebat.

Nota primo contra aliquos authores, quod quando dicitur, quod ad reductionem per impoſſibile debet ſummi oppoſitum concluſionis, non debet ſummi contrarium concluſionis, ſed potius contradictoriũ: alias enim nullum eſſet argumentum, nam non ſequitur, concluſio eſt falſa: ergo eius cõtrarium eſt verum, quia poteſt etiam eſſe falſum, bene tamen ſequitur concluſio eſt falſa: ergo eius contradictorium eſt verum. Nota. 1. pro cõuenient.

Nota ſecũdo cum Toledo, quod quando dicimus, quod ex oppoſito concluſionis, etiã infertur contradictorium alterius præmiſſæ conceſſæ, non ſic debet intelligi, vt ſemper præciſſe contradictorium inferatur, aliquando enim, vt patet in Baralipton infertur contrariũ, aliquãdo vt ſupra in Celantes Nota. 2.

tes infertur conuertens contradictorij: quia tamen ſemper cõuertentes contradictoriè inferuntur, ideo communiter dicitur, quod infertur contradictorium alterius præmiſſæ.

Nota. 3. Nota tertio, ex Fonſe. lib. 6. cap. 27. & 29. reductionẽ oſtẽſiuam propriè eſſe reductionẽ, eo quod ex pręmiſſis eiſdẽ imperfecti ſyllogiſmi, in ſyllogiſmo perfecto colligitur eadem concluſio, quæ colligebatur in in perfecto, quare reductio per impoſſibile propriè non eſt reductio, quia nõ ex eiſdem met præmiſſis imperfecti ſyllogiſmi eadem concluſio colligitur in perfecto, quæ colligebatur in imperfecto, imo diuerſa & contradictoria: dicitur autẽ reductio, quia eſt ſufficiens probatio, qua imperfectos ſyllogiſmos bonas eſſe conſequentias probatur.

Nota vl. Vltimo ſciendum; quòd Ariſtot. 1. Priorum. capit. 7. reducit Darij, ponendo pro minori oppoſitum cõcluſionis ad Ceſare, & tandem Cameſtres & Ceſare ad Celarem conuerſiuè reducitur, & conſequenter omnes modi ad Barbara & Celarẽ reducit, hoc tamẽ nõ fecit, quia Darij & Ferio ſunt imperfecti modi; ſed vt oſtenderet acrimoniam ſui intellectus, vt ſupra dixi.

CAPVT XIII.

De via inueniondi mediũ ad quamcunq; propoſitionem ſyllogiſticè inferendam.

DIxi quid ſyllogiſmus ſit, tã ad materiam quàm ad formam, ſuaſque proprietates explicui & affectiones, qualiter etiam defectibus inficiantur, imperfectiq; qualiter ad perfectos reducantur aperui, iam tamdem explicanda eſt ratio, qua debet inueniri medium, ad inferendam, quamcunq; propoſitionem, de quo Ariſt. 1. Priorum S. Tho. Opuſc. 58. Fonſe. lib. 6. cap. vltimo, cæteri hic cũ Soto. ad quam rem aperiendã communiter ponunt multas dictiones & regulas magnæ obſcuritatis, quæ magis intellectũ obtundunt, quam vtilitatẽ afferant: propter quod eas omnes miſſas facio. lib. 1. cap. 2. & ſit regula generalis & infalibilis: Regula generalis ad inueniendum medium. poſita quacunq; propoſitione, ſiue vniuerſalis affirmatiua, ſiue è cõtra, ſiue particularis negans, ſiue è contra, videndũ eſt: quid ſit cauſa veritatis illius, ſeu falſitatis, & illam debemus aſſumere pro medio ad ipſam inferendam, verbi cauſa, vellim colligere hanc propoſitionem omne vitium eſt fugiendum, à ſummo

à ſummo pro medio hanc propoſitionem, offenſa Dei eſt fugiēda, quę eſt cauſa alteri⁹ propoſitionis: vnde ſic colligo, omnis offenſa Dei eſt fugiēda, vitium eſt offenſa Dei: ergo omne vitium eſt fugiendum: reliquas alias dictiones & regulas vt figmenta omitto, nam vt doctè hic aduertit Mercado, ſi quæ aliç de arte inueniendi medium dicuntur. Poſt prædicamentis in Logica nō nihil proſunt, in Summulis vero nihil Villalpand. autem qui hāc rem minus male peragit.

CAPVT XIIII.

De ſyllogiſmo in obliquo modali & exponibili.

Quid ſit ſyllogiſmus in obliquo.

SYllogiſmus in obliquo eſt, cuius aliqua præmiſſa conſtat termino obliquo, pro quo Fōſe. ponit quatuor regulas, ſecurius tamen & cōſultius, eſt cū Ariſt. 1. Prior. c. 37. reducendo propoſitionē cōſtantem, obliquo ſeruato ſenſu ad ipſammet ex rectis cōſtantem, & tūc videbitur clarius an rectè colligat nec ne? v.c. hæc propoſitio cōtrariorum eadē eſt diſciplina, ad hanc reducitur, contraria cadunt ſub eadem diſciplina, ſimiliter ſi quis colligat cuilibet homini ineſt intellectus, cuilibet homini ineſt ſenſus: ergo intellectus ineſt ſenſui, ſic debet reduci, quilibet homo habet intellectū, quilibet homo habet ſenſum: ergo quilibet habens intellectū habet ſenſum, quod quidem facile eſt ſimiliter in aliis conficere.

Nota pro ſyllogiſmo obliquo.

Aduerte tamen, quod in iſtis & ſimilibus obliquis ſyllogiſmis, ſeruentur omnes conditiones datę, de ſyllogiſmo in communi, & ſimiliter videātur defectus à nobis ſupra poſiti.

Quid ſit ſyllogiſmus modalis.

Syllogiſmus modalis eſt, cuius aliqua pręmiſſa modalis exiſtit, verbi cauſa, omnis homo poſſibiliter eſt albus, omne riſibile poſſibiliter eſt homo: ergo, &c. de quo multæ regulæ ponuntur, melius tamen cū Soto obſeruate ea omnia, quæ in aliis ſimplicibus ſyllogiſmis ſeruantur.

Nota pro ſyllogiſmo modali.

Sed aduerte, quòd ſolum loquor de modali diuiſa, nam de cōpoſita, ſupra dictū eſt, nā cū eius dictum immobiliter ſupponat, ſub ea non poteſt ſyllogizari, & conſequenter nec ipſā ſyllogiſmum intrare.

Quid ſit ſyllogiſmus exponibilis.

Syllogiſmus exponibilis eſt, cuius alterā præmiſſarum, vel concluſio eſt propoſitio exponibilis, quid autem ſit exponibilis, propoſitio ſupradictū eſt, pro quo duas ſubiicio regulas diligenter obſeruandas.

1. Regula pro ſyllogiſmo exponibili.

Prima ſi præmiſſæ ſint exponi-

ponibiles diſiunctiuè, concluſio debet ſequi ex vtraque parte præmiſſarum, alioqui daretur antecedens verum & conſequens falſum. Ratio, quia cum ad veritatem diſiunctiuæ, vna pars ſufficiat quod ſit vera, antecedens ex hac parte verũ erit: & ſi concluſio ex alia parte falſa ſolũ ſequatur, falſa ipſa erit: ſin autem præmiſſæ dictæ fuerint exponibiles copulatiuæ, concluſio ſolum requiritur & ſufficit, quod ex altera parte ſequatur. Ratio, quia copulatiua ad ſui falſitatem, ſolũ requirit vnã partẽ, totam ipſam falſificantẽ, & è cõtra ſi ſit vera, vnde ſi concluſio ſolũ ex altera parte ſequatur, recte ſequitur, nec dabitur antecedens verum & conſequens falſum.

2. Regu. Secũda regula, ſi cõcluſio ſit exponibilis copulatiuè, vtraq; pars inferenda eſt ex antecedẽti, ſi autẽ diſiunctiuè ſit exponibilis, ſatis eſt vnam tantum partem inferri ex antecedẽti: quia nõ dabitur antecedens verum & conſequens falſum, cum diſiũctiua ſit vera, hoc ſolo quod habeat vnam partem veram: nam exponibiles iſtæ (vt tetigi agens de contradictoriis negatiuis, & cap. de diſiũctiua) quãdo exponuntur diſiunctiuę, eſt in ſenſu aduerbij ſaltem, quia ſat eſt ad earum veritatẽ, quod vna pars ſit vera, licet altera etiã vera ſit.

Tunc aduerte ad ſyllogiſmos exponibiles intelligẽdos, congruũ eſſe, exponibiles pręmiſſas ad exponentes reducere quęcunq; illæ fuerint, & ſic patebit bonitas ſyllogiſmi, vel eius falſitas, & hoc valde curandum. Nota pro dictis ſyllogiſmis

CAPVT XV.
De Syllogiſmo Expoſitorio.

SYllogiſmus expoſitori⁹ eſt, cuius medium eſt terminus ſingularis determinatus, vel ex demonſtratione, vel ex ſuppoſitione, exempla patẽt. 1. lib. terminorũ, dicũturq; iſti ſyllogiſmi demonſtrationes ſenſibiles: quia ad ſenſum ſunt per ſe noti, & ſimiliter expoſitorij dicuntur, quia vniuerſalem & confuſam propoſitionem exponũt, verbi cauſa, Petrus eſt albus, Petrus eſt homo: ergo homo eſt albus, fiuntq; potiſſimè in tertia figura, quia magis conuenit termino ſingulari eſſe ſubiectum, quam prædicatum, conſtat autem, quod in tertia figura medium eſt ſubiectũ: varios huius ſyllogiſmi modos, variaſq; rationes & cauſas, varias regulas & conditiones perſequi-

quitur Fonſ. lib. 5. c. 22. & 24.

Nota. 1. pro ſyllogiſmo ex poſitorio.

Pro quo aduerte primo, quod quamquam omnes ſyllogiſmi, innitatur huic principio (ſi ſunt affirmatiui) quæcunq; ſunt eadem cũ aliquo, ſunt idẽ inter ſe, nã ex cõnexione extremitatum cum medio, infertur propoſitio affirmatiua, in qua extremitates vniuntur inter ſe, quod latius patet cum ſuo exẽplo cap. 1. huius libri, & ſyllogiſmi negatiui initantur huic principio, ſi duo ita ſe habent vt vnum ſit idem cum aliquo tertio aliud vero nõ ita, illa duo non ſunt idem inter ſe: nam ex affirmatione vnius extremitatis cum medio, & negatione alterius infertur concluſio negatiua, in qua vna extremitas negatur de alia, quamquam igitur hæc duo principia communia ſunt ſyllogiſmis, præſertim tribuuntur ſyllogiſmo expoſitorio, quia tertiũ illud ſcilicet terminus, qui eſt medium, videtur magis vnum, cum ſit terminus ſingularis, in aliis vero communis.

Nota. 2. ad idem.

Notandum ſecundo, quod ea omnia quæ dicuntur de diſtributione, vel de vniuerſalitate medij, tam in modis ſyllogiſticis, quàm in ſecundo defectu ſupra poſito, non dici pro ſyllogiſmo expoſitorio, quia cum mediũ ſit terminus ſingularis, non poteſt diſtribui vniuoce ſumptũ, vt etiam aduertebam cap. de termino ſingulari & communi, vnde hic eſt bonus ſyllogiſmus in Darapti, vel Datiſis, vel Diſamis, Petrus eſt albus, Petrus eſt homo: ergo homo eſt albus, licet medium non diſtribuatur, nec ſit aliqua præmiſſa vniuerſalis.

Nota 3.

Tertio nota, quod vniuerſaliter in omni ſyllogiſmo, cõcluſio, minoris virtutis eſt, quàm ipſæ præmiſſæ: vnde ex Ariſto. ſupra docuimus, quia ſemper ſequitur debiliorẽ partem, modo expoſito, nam propter vnũ quodq; tale & illud magis, vt docet Ariſt. hoc lib. ſed concluſio, ſiue vera, ſiue falſa, ſiue affirmans, ſiue negans, ſiue vniuerſalis, ſiue particularis ſit, &c. hoc habet propter præmiſſas: ergo multo magis præmiſſæ erunt veræ, vel falſæ, vniuerſales, ſiue particulares, &c. cum enim præmiſſæ cauſa ſint concluſionis, cauſa autẽ potior eſt, & nobilior ſuo effectu (eſt autẽ in præmiſſis, ſicuti effectus in ſua cauſa, & ſicuti calor in igne) & ideo eſt impoſſibile quod prẹmiſſis exiſtẽtibus particularibus pure, cõcluſio ſit vniuerſalis, & quod prẹmiſſẹ ſingulares, & concluſio particularis particulariter ſumpta.

Iam ergo cum in ſyllogiſmo

expoſitorio, colligo Petrus eſt albus, Petrus eſt aliquis homo: ergo aliquis homo eſt albus, ly aliquis homo idē eſt quod Petrus, & non ſe extendit ad plura, itaq; idem valet, quod ſingulare determinatum. Vnde non licet colligere è contra, aliquis homo eſt albus: ergo Petrus eſt albus determinatè, ſed ſolū diſiunctim, vt ſupra explicatū eſt, de inductione, ſed de hoc Deo dante in poſterioribus.

Vltimo nota pro terminis diuinis.

Vltimo aduertēdum eſt pro terminis diuinis, terminum ſingularem vocari in pręſenti, qui vnam rem ſignificat, quæ non eſt plures res, nec idem cum re, quæ eſt tres res, vnde non ſequitur, Pater eſt hæc eſſentia diuina, Filius eſt hæc eſſentia diuina: ergo Filius eſt Pater, neque etiā ſequitur, hic Pater eſt hæc eſſentia diuina, Filius nō eſt Pater: ergo Filius non eſt eſſentia diuina: quia hæc eſſentia, eſt vna res, ſed idem cum tribus rebus, & ita nō omni modo vna, & Pater eſt idem cum eſſentia diuina, quæ licet ſit vna res eſt idem cum tribus rebus. Similiter non valet omnis eſſentia diuina eſt Pater, Filius eſt eſſentia diuina: ergo Filius eſt Pater: quia vt hæc eſſentia diuina nō omnimodo ſingularizatur, ratione dicta, ita non omnino diſtribuitur, licet dicas omnis eſſentia diuina, ſed dicendo omnis res, quæ eſt eſſentia diuina eſt Pater, & tunc hæc eſt falſa, ſed de hoc in Theologia.

Quid ſyllogiſmus hypoteticus.

Deinde agendum eſt de ſyllogiſmo hypotetico, eſt autem ſyllogiſmus hypoteticus, qui conſtat propoſitione hypotetica, vt ſi Sol lucet dies eſt; ſed Sol lucet: ergo dies eſt, de quo egiſſe Ariſt. probat Lemoſius lib. 1. cap. 19. eſt autem triplex, conditionalis copulatiuus, & diſiunctiuus, exempla patent.

Quamquā autem, vtraq; pręmiſſa poſſit eſſe hypotetica; quia raro id contingit & ſtatim apparet ex dictis, & dicēdis vtrū ſint bona tantum trademus modos quoſdā arguēdi, quādo maior eſt hypotetica Plura, qui cupit, videat Boët. tract. de Syllogiſ. hypotetico. Auerr. 1. Prior. S. Tho. Opuſc. 48. argument. qualiter autē tā in conditionali, quā in copulatiua & diſiunctiuo ſit optima argumētatio, & bona cōſequentia, abūde explicui cap. de cōditionali copulatiua & diſiunctiua videte illa.

Cap. XVI. & vltimum.

De aliis tribus argumentationis ſpeciebus, Enthimemate, ſcilicet, Exemplo & Inductione.

Egi iā de Syllogiſmo ſecundū omnes ſuas partes, reſtat expli-

Quod ſit Enthimema. explicare, vt diſputatio noſtra recta ſit, quid ſit enthimema, exemplum & inductio, Enthimema ſecundũ Ariſt. eſt mutilus ſyllogiſmus, licet aliquãdo vocetur ſyllogiſmus oratoriũ, quia ea vtuntur Rethores, mutilus autem dicitur, quia deeſt illi vera præmiſſa, quę ſubiiciatur, vnde Bohetius ait Enthimema eſt oratio, in qua non omnibus prę miſſis poſitis, infertur feſtinata cõcluſio, vt virtus eſt bona: ergo virtus eſt laudabilis, in qua enthimemate tacetur hæç maior, omne bonum eſt laudabile, ſolet autem patere, quæ præmiſſa ſubiiciatur, vt in exẽplo poſito. Alia multa de enthimemate ſatis erudite Fonſe. lib. 6. 33. & 36. docet etiam integrum ſyllogiſmum vocari ab Ariſt. enthimema, ſed non eſt hæc vſitata acceptio.

Quid exemplũ. Exemplum eſt oratio in qua vnum, aut paucis ſimilibus exẽplis aliquid probatur, verbi cauſa, deſidio Senenſes & Piſani Reipub, adminiſtrationem amiſſerunt: ergo Burgenſes ſi deſidiant, amittent adminiſtrationem.

Exemplum autem aliquãdo procedit, vel eſt aliquid verè geſtum, vt in exẽplo adducto, aliquando eſt ficta ſimilitudo, vt non ſibi conſulerent Rectores, qui nauis gubernatorẽ Sortem deligerent: ergo nõ ſibi cõſuleret Reſpublica, quę gubernatorem Sortẽ ſibi deligit: aliquando eſt ficta fabula, vel Apologus, quibus plenus eſt Hyſopus, & Alciatus, quibus aliquid (quod ipſi morale vocant) ſuadere contendunt, & hi tres modi exemplorum docentur, ab Ariſtot. locis citatis, & Fonſec. cap. 35.

Quid inductio. Quid ſit inductio, dixi ſupra, eſſe à ſingularibus ad commune progreſſionem, Ariſt. 2. Methap. cap. 4. eãm tribuit Socrati vt primo authori, nunc dico nomine ſingularium, intelligi ab Ariſt. & omnibus, minus cõmunia, hæc enim eſt inductio, omnis homo currit, omnis equus currit: ergo omne animal currit, vt ſupra docui capit. de inductione: differt ab exẽplo, quia vt probabim⁹ petit numerari omnia ſingularia, ſaltẽ in cõfuſo, dicẽdo, & ſic de aliis: Exẽplum autem vnum, vel pauca numerat, exemploq; frequentius Rethores, inductione vero Dialectici vtuntur: & ideo Ariſtot. exemplum vocat inductionem Rethorum, quia vt eſt pars inductionis Dialecticę eſt, proprium.

De inductione tria præcipua videnda ſunt primum an opus ſit addere inductioni & ſic de ſingulis.

ribus: ſi autem inductio nõ eſſet cõſequentia formalis, nulla eſſet probatio. Hãc concluſionem tenent Fonſe. & alij quos non refero, quia euidẽter colligitur ex tribus Philoſophis citatis, ſi enim addatur conſtantia negari non poteſt eſſe conſequentiam formalem. Quod autẽ habet difficultatem eſt, vtrũ ſit modus rationabilis argumẽtandi, quia videtur probare ignotum per æque ignotum.

Dub. ad idem.

Dico. 1. Dico tamen primo de inductione iuxta naturam conſideratam non eſſe dubium, quia cum petat numerari omnia ſingularia clarius patet veritas in ſingularibus, quàm in vniuerſali: quia tamen nos ſæpe numerare non poſſumus, vel prę moleſtia nolumus, adimus dictam conſtantiam, ad huc ita clarius eſt antecedens, in quo ſaltem aliqua ſingularia numeramus, quàm conſequens, in quo nullum numeramus.

D.ctũ.2. Dico ſecundo, licet inductio ſit formalis conſequentia, vt ſupra dixi, & præterea colligatur ex Ariſt. alio in loco Prior. vbi ait argumentationẽ, quæ eſt inductio in literis, vt demõſtret habere vim ratione formæ, & illationis non ratione materiæ, vt vult Merca. de quo Lemoſ. vbi ſupra, negandũ tamen non eſt tantũ inferri conſequẽs probabiliter notũm: quia tamẽ antecedens ſummitur tãtum probabile, ſenſus eius eſt, hęc ſingularia numerata hoc habent, & probabile eſt idẽ eſſe de aliis: vnde tantum probabile manet cõſequens, ſcilicet: ergo omnia ſingularia hoc habent: illationem autem & conſequentiam neceſſariam eſſe, certo tenendum eſt, ratione ſupradicta, ſcilicet, quia eſt formalis.

Soluitur argumẽtum diffi cile. Vnde per hoc ſoluitur argumentum illud pro noſtra ſentẽtia poſſitum cap. de inductione, quod intendit probare inductionem tantum eſſe probabilem conſequentiam, quia Ariſt. de ea agit in libris Topicorum, illud enim argumentũ procedit de materia inductionis, ſecundum quam rationem agit de illa Ariſt. in lib. Topic. non autem procedit de forma, ſecundum quam eſt neceſſaria conſequentia, & ſecundũ hanc rationem de ea agit Ariſtot. in lib. Prior. & aliis locis. De deſcenſu autem maior eſt difficultas, quia ſingularia, quæ videntur clariora nobis, ſunt in cõſequentia, & ita cum antecedens apparet obſcurius, videtur deſcenſum eſſe in congruum modum arguendi & ſciendi.

Aliud dubium.

Dictũ.1. Et primo certum eſt eſſe cõſequentiam formalem (licet de aſcenſu poſſit aliquis dubitare)

quia eſt euidens illatio ab vniuerſali ad ſingularia.

Contra argum. Sed dices non ſequitur omnis homo currit: ergo hic homo currit ſignato Adamo, conſequens eſt falſum & antecedēs verum: ergo eſt mala conſequentia. Reſpondetur deſcenſum eſſe ab vniuerſali ad ſua ſingularia, & hæc propoſitio omnis homo currit cū ſit accidētalis tantum ſingularia præſentia numeranda ſunt, & inferenda, pro quibus tātum ſupponit in vniuerſali: quod vrget eſt argumentum poſitum ad probandum non eſſe congruum modum ſciendi.

Respondetur.

Nota pro ſolutione. Pro quo nota illud eſſe rationabile modum ſciendi & argumentandi: qui eſt via rationabilis ad cognoſcendum aliquid.

2. Nota. Secundo nota in his, quæ ſunt medium ad aliquid, corū bonitatem conſiderari in proportione ad finem: vt medicina eſt bona licet ſit amara ſi ſit cauſa ſalutis.

3. Nota. Tertio nota deſcenſum eſſe cōſequentiam inuentam ad manifeſtandum falſitatem vniuerſalis, & ita quamuis inferat ſingularia, non tamen vt in eis ſiſtat intellectus, ſed vt ſtatim viſa falſitate propoſitionis ſingularis, regrediatur, & videat vniuerſalem eſſe falſam.

Illatio ex dictis. Ex quo infertur, deſcenſum eſſe rationabilem modum ſciēdi & arguendi, quia licet ab obſcuriori tendat ad clarius, id eſt rationi cōforme, quia id ſit vt intellectus accepta & viſa falſitate in propoſitione ſingulari, quæ clarior eſt, videat falſitatem vniuerſalis, quæ eſt obſcurior: vnde patet ad argumentum non eſſe id vitium in deſcenſu, quia deſcenſus eſt eſſentialiter medium, vt intellectus viſo ſingulari, quod clarius eſt, videat falſitatem vniuerſalis, quod obſcurius eſt: eſſet autem vitium ſi ſolus deſcenſus deberet manifeſtare vniuerſalis falſitatem, quia veniret ab obſcuro ad clarū, vt intellectus cognoſcat per ſyllogiſmum obſcuriorem propoſitionem, hunc formans ſyllogiſmum cui deſcenſus dedit maiorem propoſitionem, ſcilicet omnis homo currit: ergo Petrus & Paulus currit, ſed cōſequens eſt falſum: ergo & antecedens.

Reſpondetur vltimū argumentum.

Nota pro deſceſu. Sed aduertendū eſt per deſcē ſum colligi veritatem propoſitionis hoc modo, cum intellectus deſcēdens ad ſingularia videat nullū eſſe falſum, videbit per conſequentiā vniuerſalem eſſe verā, ſimiliter per aſcēſum ſi reperit aliquas ſingulares falſas, aſcendendo videbit etiam vniuerſales falſas. Ratio eſt, quia

quia antecedẽs, vel potius propoſitio, in qua numerantur omnia ſingularia, vel additur, & ſic de ſingulis, & tunc propoſitio vniuerſalis æquiuallet illis omnibus ſingularibus numeratis virtute, & tunc valet bene vna eſt falſa, vel vera: ergo & alia, vocãtur autem argumentationes, quia nõ ſunt formaliter eadẽ cathegoremata Petrus & Paulus, &c. & homo diſtributus licet virtute æquipollent; quemadmodũ à definitione ad definitum dicitur argumẽtum, quia non ſunt formaliter idem licet ſint virtute.

Quæneſ. & c.t dubiũ apendix.

Rogabis tamen quare peculiariter dicitur aſcẽſum eſſe probatiuum veritatis, & deſcẽſum falſitatis? Reſpondetur id eſſe, quia ex vi conſequentiæ in cõmuni valet antecedens eſt verum: ergo, & conſequens non tamen è contra: antecedens eſt falſum: ergo & conſequens, nec conſequens eſt verum: ergo antecedens: bene tamen conſequens eſt falſum: ergo antecedens: & in aſcenſu, vniuerſalis eſt conſequens, & antecedens ſingularis; & ita cum antecedẽs ſit ſingulare, bene probatur per ſingularis veritatẽ, veritas vniuerſalis quod eſt conſequens: in deſcenſu vero vniuerſale eſt antecedẽs, & ita eius falſitas tantum, non autem veritas probari poteſt, ex vi conſequentiæ, vt conſequentia eſt ratione falſitatis ſingularium, non autem ex ſingularium veritate; quia cum ſint in conſequenti, ex eorum veritate, nihil poteſt concludi veritatis in antecedenti.

Reſpondetur.

Reſpondetur ad rationẽ dubitãdi

Iam ergo ad argumentũ in forma reſpondetur, in deſcenſu nõ probari per vniuerſale ignotum, ſingulare clarum quod eſſet vitium, ſed ab ignoto vniuerſali deſcendit ad ſingulare clarius, vt ex claro, intellectus probet falſitatem obſcuri vniuerſalis, formãdo dictum ſyllogiſmum ſupra, ſcilicet, ſi omnis homo currit, Petrus & Paulus currit, ſed conſequens eſt falſum: ergo & antecedens.

Vlt. dub.

Vltima difficultas petit vt explicemus, qua ratione iſtæ argumẽtationes ad ſyllogiſmos reducantur, ſecundum communem ſententiam: & quidem Enthymema ad ſyllogiſmum reducitur, explicando propoſitionem illam, quæ ſubticetur, verbi cauſa, hoc enthimema Petrus eſt homo: ergo Petrus eſt rationalis, ſic reducitur omnis homo eſt animal rationale, Petrus eſt homo, ergo Petrus eſt rationalis.

Quomodo Enthimema ad ſyllogiſmum reducatur.

Exemplum vero ad ſyllogiſmum reducitur, ponendo pro maiori propoſitionem illam, in qua

Quomodo exemplum ad ſyllogiſmum reducatur.

in qua ſimilitudo conſiſtit, & proportio nectitur, loquorque de exemplo probatiuo non de illo exemplo, in quo doctrina vniuerſalis explicatur: vt explicabam cap. de modo ſciendi, verbi cauſa, in hoc exemplo, quia Petrus occidit ciuẽ occiſus eſt: ergo ſi tu occidis ciuem morte punieris, ſic reducitur, vbi eſt eadem culpa eadem etiam eſt pena, ſed in Petro, qui occidit ciuẽ eſt pena mortis: ergo etiã in Ioanne erit pena mortis ſi ciuem occiderit.

Reducitur inductio ad ſyllogiſmum.

Similiter ad ſyllogiſmum inductio reducitur à Petro Bruxelis. 2. Prior. q. 1. ar. 4. ſummẽdo diſiunctim complexiuè omnia ſingularia numerata in antecedenti, & ea ponendo pro medio in ſyllogiſmo, verbi cauſa, hæc inductio, hic ignis calefacit, & hic ignis calefacit, & ſic de ſingulis: ergo, &c. ſic reducitur, omne quod eſt ignis hic, & hic ignis, & ſic de ſingulis calefacit, ſed omnis ignis eſt hic vel hic, & ſic de ſingulis: ergo omnis ignis calefacit. Deſcenſus vero ad ſyllogiſmum reducitur, vt ſupra explicatum eſt, ponendo ipſum pro maiori conditionali in ſyllogiſmo, verbi cauſa, omnis homo currit: ergo hic & hic homo currit, &c. ſic, ſi omnis homo currit, hic homo, & hic homo currit, ſed conſequens eſt falſum: ergo, & antecedens.

Deſcenſus reducitur.

Quid inſtantia ſitq.

Tandem aduerte, quod cõmuniter dicitur quod ponitur ab Ariſt. alius modus arguẽdi, ſcilicet inſtantia, quando ſcilicet probamus aliquam vniuerſalem falſam demonſtrando aliquam ſingularem falſam, vel quando probamus aliquã conſequentiam non eſſe formalem, dando in aliqua materia antecedens verum & conſequens falſum, vel probãdo aliquod à ſimili, ſed hæc ratio arguendi eadem eſt cum exẽplo, vel inductione, vt ex ſe patet: & hæc de ſyllogiſmis dicta ſint ſatis. Iam ad argumenta ſuper primam partem terminorum accedamus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

INDEX CAPIT.

quæ in hoc libro continentur.

Pars I. Summæ Summularum.

PRæfatio de inſcriptione operis, eiuſque inuentoribus. Fol. 1
Caput I. De termino in communi. 4
Caput II. De termino vocali, mentali & ſcripto. 7
Caput III. De termino Cathegorematico & Sincathegorematico. 9
Caput IIII. De termino communi & ſingulari. 10
Caput V. De termino collectiuo & diuiſiuo. 11
Caput VI. De termino abſoluto & de nominatiuo. 12
Caput VII. De termino complexo & incomplexo. 14
Caput VIII. De termino primæ & ſecundæ impoſitionis. 15
Cap. IX. De vniuocis & æquiuocis. 16
Caput vltimum. De terminis in plurali ſimul ſumptis, & inter ſe comparatis. 17

Pars II. Summæ Summularum.

CAput I. De intentione procedendi. 19
Caput II. De nomine. ibid.
Caput III. De verbo. 22
Caput IIII. De oratione. 29
Cap. V. De propoſitione. 30
Caput VI. De quantitate propoſitionis ſpeciatim. 34
Caput VII. De qualitate propoſitionis. 35
Caput VIII. De ſuppoſitione in communi. 37
Caput IX. De ſuppoſitionis partitione. 38
Caput X. De ſuppoſitione relatiuorum. 42
Cap. XI. De ampliatione. ibi.
Caput XII. De reſtrictione, & aliis in particulari. 46
Caput XIII. De appellatione. 48
Caput XIIII. De modo ſciendi in communi. 50
Caput XV. De definitione. 53
Caput XVI. De diuiſione. 57
Caput XVII. De argumentatione. 59

Caput

Caput VIII. & vltimum. De aſcenſu & deſcēſu ſpeciebus argumentationis. 62

Pars III. *Summæ Sūmularum.*

CApu I. De modo procedendi. 67
Caput II. De oppoſitione in communi. ibid.
Caput III. De conditionibus requiſitis generaliter ad omnem oppoſitionem. 69
Caput IIII. Quomodo ſingulæ oppoſitiones cognoſcantur. 72
Caput V. De materia propoſitionum. 74
Caput VI. De legibus propoſitionum oppoſitarum. 77
Caput VII. De quibuſdam cōtra prædicta obiectionibus. 81
Caput VIII. De propoſitionum equipolentia. 88
Caput IX. De propoſitionum conuerſione. 90

Pars IIII. *Summæ Sūmularum. De Modalibus propoſitionibus.*

CApur I. Quid modus & Modalis, & quotuplex. 95
Caput II. De æquipolentia conuerſione & oppoſitione Modalis compoſitæ. 101
Caput III. De æquipolentia conuerſione & oppoſitione Modalium de ſubiecto communi. 104
Caput IIII. De Modalibus diuiſis. 107
Caput V De hypotetica propoſitione. 109
Caput VI. De copulatiua. 113
Caput VII. De diſiunctiua. 115
Caput VIII. De exponibilibus, & primo de excluſiuis. 118
Caput IX. De exceptiuis. 120
Caput X. De reduplicatiuis. 121
Caput XI. De Ly, differt. 122
Caput XII. De comparatiuis & ſuperlatiuis, & de aliis. 122

Pars V. *Summæ Summularum.*

CAput I. De ordine procecedendi & intentione authoris. 124
Caput II. De materia ſyllogiſmi, quæ eſt terminus & propoſitio. 124
Cap. III. De ſyllogiſmis eiuſque fundamentis. 126

Caput

INDEX.

Caput IIII. De forma ſyllogiſmi, quæ eſt figura & modus. 129

Caput V. De cōditionibus ad ſyllogiſmum requiſitis. 131

Caput VI. De defectibus quibus ſyllogiſmi inficiātur. 132

Caput VII. De modis pertinētibus & impertinentibus in quauis figura. 134

Caput VIII. De ſecunda figura in particulari & eius modis. 137

Caput IX. De tertia figura in particulari & eius modis. 138

Caput X. De poteſtatibus ſyllogiſmorū, in quauis figura. 139

Caput XI. De reductione imperfectorū ad perfectos oſtēſiuè, vt aiunt. 141


Caput XII. De reductione imperfectorū ad perfectos per impoſibile, vt aiunt. 143

Caput XIII. De via inueniēdi medium ad quācunque propoſitionem ſyllogiſticè inferendam. 146

Caput XIIII. De ſyllogiſmo in obliquo modali & exponibili. 147

Caput XV. De ſyllogiſmo expoſitorio. 148

Caput XVI. De aliis tribus argumentationis ſpeciebus enthimemate, exemplo, & inductione. 150



BVRGIS.

Apud Alfonſum Rodriguez.

1593.

Messina Meſsina

SVPER

A

Mar

857

R.
FINE

A. PANDIMIGLIO
RESTAURO
DI
LIBRI - ROMA